





B. C. D.  
DISSE<sup>17</sup>RAT<sup>10</sup>TIO JURIDICA,  
DE 1701 863  
**POENA INFI  
CIANTIS POSSES-  
SIONEM,**  
ad L. f. D. de Rei Vindic.

Ex Decreto incluti Ordinis JCtorum  
in illustri Academia Wittebergensi,

Qvam  
PRAESIDE  
**D. CASPARE HEINR. HORNIO,**  
JCTO, Antecessore Cur. Provinc. Scabin. &  
Facult. Jurid. nec non Jud. Provinc. in Lusat.  
Infer. Assessore,

*In Auditorio JCtorum*

Ad D. AUGUSTI, A. MDCCI.  
publice tuebitur

**HENRICUS SCHLICHTING,**  
HAMBURGENSIS.

Jur. Utr. Stud.

---

PRELO CHRISTIANI KREUSIGII, ACAD. TYPOGR.

# PATRI SVO,

*Omni veneratione, & filiali obsequio ad  
cineres usque prosequendo,*

V I R O

NOBILISSIMO, atqve SPECTATISSIMO,  
INCLYTAE LIBERAEQVE

H A M B U R G E N S I V M  
REIPUBLICAE TRIBVNO PLE-  
BIS GRAVISSIMO,  
OPTIMEQVE MERITO, NEC NON  
AD D. MICHAELIS DECEMVIRO ET JV-  
RATO FIDELISSIMO,

DISPVTATIONEM HANC

*ea, qva par est, devotione,  
dedicat*

FILIUS,  
RESPONDENS.



## DE POENA INFICIENTIS POSSESSIONEM.

FURIUS ANTHIANUS lib. 1, ad Edictum.



*N*n rem actionem pati non compellimur: quia licet alicui dicere, se non possidere, ita ut si possit adversarius convincere, rem ab adversario possideri: transferat ad se possessionem per judicem, licet suam esse non adprobaverit.

### I.

Autor hujus legis est F. ANTHUS, sive FURIUS ANTHONUS, vel, ut alii legunt, ANTHIANUS, qui sub M. AURELIO SEVERO ALEXANDRO vixit, atque ex Papiniani schola prodit. Pauca sunt monumenta hujus JCti, quae innotuere; pauciora, quae supersunt. Opus illud, quod auctoritate & mandato D. HADRIANI & Senatus Salv. Julianus ex edicis Prætorum composuit, atque velut corpus quoddam universæ Romanae Jurisprudentia exhibuit, quinque libris illustravit noster, imitatus Cajum, Ulpianum, & Paulum, qui

*Autor Legie.*

A 2 ma-

4 DE POENA INFICIENTIS POSSESSIONEM.

magnō conatu edictum illud perpetuum interpretati sunt.  
Sed ex posterioribus quatuor nihil supereſt: pauca ex primo  
eius libro ad edictum, hæc scilicet *L. noſtra*, & *L. ult. ff. de Paſt.*  
*cum L. ult. ff. de Dol. malo.* EBERL. de *O. J. c. 53.* FREYMON.  
*Sympb. Jur. Chronol. p. 65.*

*Summa ejus-  
dem.*

II. Lex ipsa brevis est, nec adeo magno labore opus, ut  
ſententiam ſummarique illius intelligamus. Eſt vero hæc:  
*Qui negat, ſe poſſidere, poſteſt ſe liberare ab actione in rem,*  
*ſed, iſi convincitur mendacii, tranſeretur per iudicem poſſeſſio-*  
*n actionem.*

*Actionem re-  
alem non iſiſi  
adverſus poſ-  
ſidentem da-  
re.*

III. Scilicet nemini ignotum eſt, in rem actionem eſſe, per  
quād rem noſtrā, qua ab alio poſſidetur, petimus, & ſemper ad-  
dūcēdo. *versus eum eſſe, qui rem poſſidet.* *L. 25. ff. de O. & A.* Nęque etiam  
alia de cauſa in rem actione dicitur, quam qvod rem ſequitur,  
ac propter rem ipsius rei poſſefforem. Atque licet a parte a-  
ctoris jus in re producat hanc actionem *L. 23. pr. ff. de R. V. L.*  
*27. §. 2. & 4. ff. de auro & arg. legat.* necesse tamen eſt, ut ex  
parte rei quoque poſſeffio iſtam ſimul pariat, ut in *L. un. C. de*  
*alien. jud. mut. cauſa fact.* dicitur. Qvod ſi enim reus non poſ-  
ſideat, qvid eſt, qvod reſtitui ſibi perat actor a reo? Qvaratio-  
ne dicere poſteſt, reum ſe impediare in uſu & fructu rei ſuę,  
effectu ac commodo dominii? ac foret ſine adverſario collu-  
ctatio. DONELL. lib. 20. c. 3. ibique HILLIG. Ob hancce ve-  
ro cauſam bene monet CAJUS, ut ille; qui petitorio iudicio u-  
titur, ne fruſtra expriatur, requirat, an tis, cum qvo iſtituat a-  
ctionem, poſſeffor sit, vel dolo deſerit poſſidere, *L. 36. pr. ff. de R.*  
*V. & ULPIANUS officium iudicis in rei vindicatione hoc eſſe, ut*  
*inficiat, an reus poſſideat.* *l. 9. ff. d. R. V.*

*Interrogan-  
dum eſſe re-  
um, num poſ-  
ſideat?*

IV. Qvod CAJI conſilium qui ſeqvebatur, reum in juſ  
vocatum interrogabat olim in jure apud Magistratum, an au-  
ctor eſſet, i. e. talis, unde juſ ſuum repeteſſe poſſit? *Quando te*  
*in*

DE POENA INFICIENTIS POSSESSIONEM.

5

*in jure confuncio, postulo, anne sis auctor? Qvæ formula apud CICERONEM in Orat. pro Cæcina legitur. Qvodsi profiteretur se auctorem interrogatus, res erat confessa haec tenuis, atqve vindicationi locus, qvam hac formula petitior peragebat: quando sis, neque negas, te auctorem esse, hanc rem ajo meam esse ex jure Quiritium. Qvodsi negaret, tunc Prætor dicebat: quando negat, sacramento qvarito. Erat autem sacramento qvarere, ad certam spondendam pecuniam reum provocare, ni ita esset. Itaqve auditio Prætoris mandato petitior subjiciebat: quando negas, te sacramento quinqvagenario provoco, spondeo, te solutum quinqvaginta asses, si auctor sis? id est, si probavero, te auctorem esse? cui inficiator respondebat: spondeo quinqvaginta asses, si auctor sim. Inde restipulabatur: tu vero spondesne idem, ni sim? Cui ille, & ego quoque spondeo. Qvas formulas tum ex Valerii Probi, Grammatici vetustissimi, libello de notis Romanorum interpretandis, tum ex aliis exhibent, ROSINUS Ant. Rom. L. 9. c. 13. SIGON. de judic. lib. 1. c. 21. FR. POLLET. lib. 5. His. For. Rom. c. 4. & 5. qui & ipsi docent, quid factio opus fuerit, si dubie, aut obscure, vel plane non responderit interrogatus. Conf. FRANZK. ad Tit. de interrogat. n. 10.*

V. Ista vero pertinebant ad illas solennes interrogations, & ex illis natas interrogatorias actiones, qvarum in jure nostro freqvens mentio fit. Scil. regula juris erat: neminem cogi de jure suo respondere, nisi petitum actione, sed & tunc auctorem jus suum petendi probare debere. Qvæ ultima regula editio Prætoris temperata est, qvo ad preparandam auctori actionem, ejusque formulam, simul etiam ad facilitandum vel tollendum grave probationis onus imponebatur reo necessitas in jure respondendi. Qvod, ut ex his apparet, ex tripli causa factum est, ut (i.) evitarentur captiones actorum in

*De interro-  
gationum usa  
antiquo.*

A 3

for-

formulis impetrandis, L. 1. ff. de Interrog. (2.) ut certum genus, certaque actionis norma constitueretur, quæ competenti alias actioni ex hac superveniente qualitate nomen interrogatorię itemque confessorię imponeret. (3.) Ut lis brevior fieret, & difficile onus probandi actori, sine damno rei vero aut injuria, ex æquo levaretur. Etsi vero primus finis jam dudum ante Justinianum, cum necessitate formularum & differentia juris & judicii sublata, cessavit, & cum illo quoque secundus; quorū pertinet L. 1. §. 1. ff. de interrog. qui quidem locus Triboniani manum passus est, ut quamplures jam observarunt; mansit tamen tertius L. 2. L. 3. L. 21. eod. ita ut tempore Justiniani & judicii, & petitorii, ubicunque æquitas moverit, adversarium licuerit interrogare. Conf. DN. SCHILT. Ex. XX. ad ff. §. 1. seqq. Qvod nec Canonicum jus, ut ex c. 10. §. 3. X. de Fid. instr. Clem. Sape. verbo: interrogabit d. V.S. discimus, nec Leges nostri Imperii hodie improbant, quippe quæ permittunt, ut quacunque parte judicii judex non tantum reum, sed etiam actorem super quolibet articulo interrogare possit, R. I. noviss. de anno 1654. §. 41. Imo in Conflit. Maxim. de Notar. de anno 1512. art. 3. §. 2. inter partes juramenti calumnia necessitas respondendi ad interrogations in jure refertur: quod & in formula quæ in §. 43. R. I. N. d. an. 1654. extat, tacite est comprehensum. Conf. III. STRYKII usus mod. Pand. t. de Interrog. §. 30.

*Officium rei  
e circa interro-  
gationes.*

VI. Ut itaque integrum est actori percontari, utrum reus possideat, necne, ne frustra experiatur; ita etiam liberum est reo excipere in rem actionem velit, nec ne: neque enim invitatus rem defendere cogitur, L. 156. ff. de R. J. atque si nolit illam pati, licet dicere: se non possidere, per banc L. nostram, & sic negando possessionem, liberare sese ab actione, cum ut jam monitum, si non possideat, nihil est, quod ab ipso pe-  
tatur.

DE POENA INFICIENTIS POSSESSIONEM.

7

tatur. Sed quid si per dolum neget, falsoqve inficietur possessionem, sive qvæfraudulenter eludat intentionem petitoris, qvomodo, qvæsō, erit huic consultum? Olim qvæstionibus per sacramentum sponzionibusqve locum fuisse intelleximus. Sed licet hæc ab usu recesserint, alia tamen ratione tum hæc malitia coeretur, tum etiam commido consulitur actoris. *Quid si infici-  
erum se possi-  
dere?* Hanc vero ipsam rationem suggesta lex nostra, qvæ eo abit, ut actor reum mendacii convincat; qvo facto, licet suam rem esse non probaverit, hoc tamen commodum sentit, reusqve *Pena inficia-  
tionis.* hanc poenam patitur, ut judex transferat ab eo, qui in jus votum catus est, possessionem in peitionem.

VII. Causas hujus legislationis indagare, non erit difficile; illisque statim in oculos incurrent, qui cogitant Rom. juris conditores noluisse integritatem & sanctitatem judiciorum mendaciorum atque fraudibus contaminari. Qvæ re certe nihil magis reipublicæ perniciosum. Namqve hæc si malitia in judicia irrepet, lites non possunt non longiores fieri cum maximo litigantium damno. Fraudatur jure suo, qui bonam causam fovet, saltem oneri probandi præter necessitatem subjicitur superfluo, & tum expensarum, tum temporis prodigo; malamqve qvætetur, viator sàpè evadit: jus dicentium sancta autoritas habetur ludibrio, atque fucus & molestia illis creatur, & qvod maximum, Divino Numini, qvod autorem judicia habent, qvodve iis adesse novimus, illuditur ab illis, qui mendaciis uti non verentur. Qvamobrem tot poenias inficiantum in Rom. legibus tum qvæ a Gentilibus profectæ sunt, tum *Pena men-  
daciis.* qvæ Christianæ religionis cultoribus debentur, legimus constitutas; qvarum exempla in L. 1. §. 15. ff. *Si quadrup. pauper. L.* 22. §. f. ff. de noxal. abh. Nov. 18. c. 10. peri possunt, atque a PACIONE de Probat. lib. 1. c. 19. Et ZAHN. de mendac. lib. 2. fatis amplio numero exhibentur. Conf. B. ZIEGL. Rabulif. c. 11. BRUNNEM. ad L. II. de Interrog. injur. fac.

VIII.



## 8 DE POENA INFICIENTIS POSSESSIONEM.

*Negantem  
possessionem  
mendacii esse  
reum.*

*Cui?*

VIII. Qvando itaqve quis negat se possidere, qvi tamen reapse possidet, procul dubio mendacium committit, dum data opera malitiose occultat veritatem, & ita qvidem occultat, ut damnum' inde adversario, onus nempe probandi, vel si probatio deficiat, periculum causæ accersatur; cum si actor non probet possessionem, absolvendus foret reus, licet vere possideat. CUCHUS ad l.n.n.67. Nam licet omnem veritatis occultationem vel responcionem veritati contraria mendacium esse, non dixerim; qvandoqvidem, si illi, qvocum res, jus non est interrogandi, nulla obligatio nascitur penes respondentem omnia edicere effutireque, qvæ ipse scit, cognitaqve habet: PUFEND. de f. N. & G. L. IV. c. 1. §. 8.10. nullum tamen dubium, qvin hocce casu nostro negans mendacium committat. Dum enim lex & iudicii & etiam parti facultatem interrogandi in judicio concedit, exigitqve a reo responcionem, obligat simul huncce, si recte & ordine interrogatio præcessit, ad responcionem, & qvidem talem, qvæ cum re, de qua loquitur, exacte convenit. Alia enim responcione veritati scil. adversa, finis legislationis non poterit obtineri. Neqve est, qvod alleget in jus vocatus, neminem, adversus se arma ut prodat, adigi posse, propriisqve telis actori instructum esse debere, qvibus adversarium aggrediatur, L.f.C. de edendo. Namqve eo hæc pertinent, ut reus instrumenta, & rationes actori edere non cogatur, non vero ut contra legis prohibitionem veritas dolose occultetur. Nec arma ex rei domo petit, qvibus jus suum aferat, sed tantum desiderat scire, an ille sit, qvi adversarius esse velit, illoqve contendere? Conf. illustr. STRYK. U. mod. tit. ff. de interrog. §. 8.9.. Et si maxime nulla pravia interrogatione inficiatio facta in judicio, nihilominus mendacium factum esse, censendum est; cum praesente judice omnia serio agenda, nec illum

illum irridere, aut contemnere oporteat, negatioque nullo alio fine facta, quam ut decipiat adversarium. Atque sic idem est, ac si interrogatus negasset. L. 9. §. 1. ff. de Interv. ubi FABER.

IX. Adversus hac præcepta vero si peccat reus, jus fasque postulat, ut & ipse poenam mendacii sentiat, & actor, quem o-  
nere probandi gravavit, in alio quodam relevetur, L. Eum qui  
30. ff. de jurejur. Atque hoc est, quod Doctores dicunt, rationem  
hujus poenæ cum in odio mentientis, tum etiam onere proban-  
di petitoris conjunctim esse positam. ROM. Consil. 70. n. 6. BAR.  
GAL. de dolo & mendacio. L. 5. c. 14. n. 5. SCHNEID. §. 1. de  
act. n. 91. Qvod eo minus grave ferre debet reus, quia indi-  
gnum se ipsum commodis possessionis reddit, quorum funda-  
mentum negat, a. l. 10. §. 1. ff. de Fidei. quique eo ipso, quando  
negat se possidere, negliget videtur suam possessionem ha-  
bere, & declarat quasi, se rem nolle defendere, quam petitor  
suam esse dicit. Qvod si vero illam defendere non vult, &  
derelinquit, quid aliud superesse potest, quam ut actor mirta-  
tur in possessione? ille scil. qui eam, dominiumque etiam  
rei ad se spectare contendit: quale quid & alias fieri solet, L. 15.  
ff. de nov. oper. nunc. CUCHUS in Repetit. n. legis, seu tractatu

de mentiente circ. possess. n. 33. & 37.

X. Est itaque possessoris, qui in rem actione convenitur,  
mentientis poena translatio possessionis in adversarium, de  
qua jam fuisus agendum est. Scilicet subjectum patiens  
poenæ hujus est possessor conventus in rem actione, quod no-  
men in rem scil. actionis tam late patet interdum, ut omnes  
illæ, quæ vulgo reales dicuntur, & opponuntur actionibus in  
personam, eo veniant. L. 1. pr. ff. de R. V. L. 25. pr. ff.  
de O. & A. §. 1. & 15. J. de Act. Interdum sensum specialiorem  
habet ista appellatio, atque applicatur illi actioni, quæ ex do-  
minio rei singularis, & quidem corporalis fluit, L. 38. de judic.

**L. 23. pr. ff. de R. V.** qvæ & specialis in rem actio dicitur, **L. 1. pr. ff. eod. vel vindicatio rei, §. 3. J. de Emt. vend. L. 35. §. 4. de Contrab. Emt. & vend.** Qvod nomen tamen interdum etiam latius patet, & omnibus realibus actionibus solet esse commune **§. 15. J. de Act. tit. ff. de R. V. & tit. Si servit. vind. L. 1. §. 1. & ult. Si pars hered. L. 16. §. 3. ff. de Pign.** HILLIG. ad DONELL. lib. 20.

*Significatio  
q̄b̄e buyus  
loci?*

**HILLIG. ad DONELL. lib. 20. c. 1. lit. D. Colleg. Argent. tit. de Rei Vindic.** Etsi vero in eo titulo, sub quo lex nostra reperitur, data opera agatur de speciali in rem actione, seu de vindicatione rei corporalis, **L. 1. pr. & §. 1. ff. de R. V.** licet etiam non abruerim, JCtum autorem de ista speciali actione locutum esse, qvod verba: *licet suam esse non approbaverit*, quippe qvæ de dominio rei ipsius sermonem esse, indicant; eadem etiam mente fuisse compilatorum Pandectarum: qvia tamen in isto titulo qvamplurima habentur, qvæ ad reales actiones in genere pertinent, ut in **L. 36. ff. b. t.** saltem ad eas applicari possunt, non dubito, hanc nostram legem eadem fata experiri. Nam cum & aliis actionibus realibus hoc commune sit, ut rem perseqvantur, & non nisi adversus possidentem dentur, **L. 19. ff. de jure Fisi,** **L. 2. C. si unus ex plur. hered.** possessor conventus tali actione directa & utili, qva vel dominium universale, vel jus pignoris perseqvimus, negans possessionem eodem modo peccat, ac ille, a quo res vindicatur, inficians se possidere; atque adeo eadem quoq; poena afficiendus erit, ob identitatem rationis, qvæ in poenalibus etiam interpretationem suggestit extensivam, FRANZK. tit. de LL. n. 46. vid. BRUN. ad L. n. ff. de Interrogat. injure fac. n. 51. Atq; inde post ACCURSNUM atq; BARTOLUM aliosq; CUCHUS ad L. b. n. 148. seqq. BARGAL. de dolo. L. 5. c. **Intelligitur 14. n. 14. & ANTONIUS FABER** ad eandem recte notant, huic omnis actio legi locum esse non tantum in judicio specialis in rem actionis, directæ vel utilis, qvam vindicationem appellamus; sed

sed & in omni actione reali, qva corpus, vel hereditas petitur, ut actione Publiciana, ex dominio Prætorio ortum capiente, hypothecaria, qvæ ipsa qvoque vindicatio est, *L. ffundus 16. §. in vindicatione. 3. ff. de Pign.* etiam hereditatis petitione, *BARG. d. l. n. 17.* quoniam & in rem actio est, licet mixtas habeat præstationes plerumque personales. *L. sed et si 25. §. antep. ff. de Petit. hered. L. Hereditates 7. C. cod. CUCH. n. 149.*

XI. Qvod & dicendum de reliquis judiciis mixtis, familiae herciscundæ, communi dividundo, & finium regundorum, quatenuis nempe pro realibus habentur *§. 20. J. de Act. Conf. FERRARII Pract. Papiens T. 1. Verbo: qvavis actione. n. 5.* De illis, qvibus vel servitutem, vel aliud jus incorporale perficitur, vel libertatem rei nostræ tuemur, confessoria vel negotioria interpretes fere silent. Videntur qvidam excipere hasce, dum de illis actionibus realibus loquuntur, qvæ circa rem corporalem dantur, *B. BRUNNEM. d. l.* Alios illas includere, verisimile est, qvandoqvidem de omni, vel qvavis actione reali verba faciunt, ut *FERRAR. d. l. & BARG. d. l. n. 14.* qui & ipse *n. 20.* ad spiritualia & beneficialia Legem nostram trahit, qvod & facit *GABRIEL. lib. 5. rubr. de A. vel A. Poff. Concl. 5. n. 19. PORT. Concl. 30. lib. 1. CUCH. n. 251.* de rebus incorporalibus aliis qvoque agens. Qvorum sententiam ego non improbare possum. Nam qvod ad confessoriā attinet, certum est, eam adversum qvāsi possidentem dari, illum scil. qvinos vel a possessione vel qvāsi juris nostri, aut libertatis vel plane dejecit, vel saltem in ea turbat, atqve impedit, & sic eam qvodammodo occupat, & qvāsi possidet. *LUDWELL. & BACHOV. ad §. 2. J. de Act. L. 6. §. 1. L. 8. §. 3. ff. Si servit. Vind. L. 5. §. ult. Siususf. pet.* Qvo respectu nos amplius possidere non possumus. Qvia ergo nonnisi qvāsi possessor his realibus actionibus conveniri potest, ne frustra experiatur a-

*Etiā dē re incorpōrali.*

Etor, reum interrogare poterit, num ne quasi possideat? hic qve negando se possidere, liberare se poterit ab actione. Sed si tamen per mendacium hoc faciat, non video, cur non & pœnam L. nostræ mereatur, ob identitatem rationis, qvæ, ut dixi, & in pœnalibus partes suas explet, & interpretationem extensivam, vel potius intensivam & intellectivam seu comprehensivam parit, FRANZK. d. l. Qvod negotioriam dissentit CUCHUS n. 263. in qva dicit, non esse opus interrogacione, an possideat? cum quo acturus sim, cum ego actor possideam, juxta §. 2. J. de Act. Verum si intelligit hocce de possessione ipsius rei, frustra adducitur, qvia de ipsius rei possessione qvæstio hic non est. Qvod si autem intelligat quasi possessionem rei incorporalis, ex antea dictis appetet, & illum quasi possidere debere, aduersus quem negotioria experiri volo: atq; adeo illud remanet, esse etiam hic, ubi lex nostra applicacione non destituantur. Interim illud certum, reos non facile negare, si his actionibus convenientantur, quasi possessionem, ob causas, qvas qvilibet intelligit, qvi naturam illarum perspectam habet.

*Num persona  
nalia judi-  
cia hic per-  
tineant?*

Neg.

XII. Illud vero extra dubium est, ad personalia judicia illam minime pertinere, si maxime tale sit, ubi de ipsa rei præstatione qvæstio incidit, atq; nec esset fieri debet, ut in emtione venditione. *Dòctores ad §. 3. J. de Emt. Vend.* Qyoniam enim hæ actions rem ipsam non perfecq;untur, & sic aduersus reum tanquam possidorem, vel qva talen non dantur, sed tanquam aduersus eum, qui ex obligatione convenientur, reus negans se possidere, non liberare se potest ab actione, & judicium in invitum redditur, L. 83. §. 1. de V. O. nec actor probare cogitur possessionem rei, qvod & absq;ue eo exitus esse possit. Qvia ergo harum actionum ratio alia est, hæc nostra legislatio atq; poena ad eos, qvi personali actione conveniuntur.

## DE POENA INFICIENTIS POSSESSIONEM.

13

niuntur, applicari non potest. FABER ad b. n. L. PACIAN. d.  
 c. 19. n. 5. COSTA de fact. scient. & ignorant. Cent. 1. Disput. 25.  
 BARGAL de dolo L. 1. c. 14 v. 12. Sed non male tamen excipiendæ Exc. actio-  
 erunt actiones personales, quas in rem scriptas dicimus: quæ <sup>nes in rem</sup>  
 scriptione. quidem natura sua personales sunt, hac tamen parte cum reali-  
 bus convenient, quod rem sequantur, & contra quemcunq;  
 dentur possessorem. L. 9. §. 8. ff. quod met. caus. L. 11. de Nox. act.  
 L. 3. §. ult. ff. ad exhibend. HOPP. ad §. 25. f. de Atq. atq; sic quoq; in-  
 tuitu L. nostræ pari passu cum realibus actionibus ambulabunt.  
 FERRAR. d. l. n. 4. Ceterum omnes fere, quos evolvere mihi da- <sup>utrum pos-</sup>  
 tum est, de petitorio judicio tantum loquuntur: atq; ad illud L. <sup>ssessoria?</sup>  
 nostram restringit PACIAN. de Probat. lib. 1. c. 19. n. 5. excludit  
 que judicia possessoria. Idem facit CUCHUS ad b. l. n. 163.  
 seqq. cum aliis, quos allegat, hanc addens rationem, quod L.  
 nostra de in rem actione tantum agat, qualis in petito-  
 rio judicio interrogaciones, an quis possideat, fieri solent L.  
 Qui petitorio 36. pr. de R. V. non autem de possessoriis remediis,  
 nec etiam personalibus actionibus, ad quas refert remedium  
 ex L. fin. C. de Edict. D. Hadri. Illis etiam, inquit, qui recupe-  
 rare volunt possessionem amissam, jam aliis privilegiis esse  
 consultum, quibus feliciter possent consequi iterum posses-  
 sionem, quam per h. l. nostram, ita ut non opus sit ad hoc re-  
 medium confugere. E contrario ANDR. BARBAT. lib. 3. Con-  
 sult. 36. in fin. generalem regulam constituit, mentientem ne-  
 gando possessionem, ipsam amittere: atque sic ad remedium  
 ex d. l. fin. diserte extendit quoque hanc nostram nomothesi-  
 am. Evidem illud non abs rectum est a CUCHO, non a-  
 deo opus esse actori ex causa interdicti agenti, vel remedio u-  
 tenti possessorio, beneficio nostræ L. si possessionem consequi  
 velit, cum jam tum remediis non caret, quæ ad tuendam  
 possessionem & avocationem ejus directo tendunt, & ab hac

B 3

incis.

incipiunt, iisque reapse experiatur, ut adeo frustraneum videatur, remedio possessorio aliud remedium simile superadere: præsertim cum & illud, qvod secundo loco notandum, non facile contingat, ut cum de possessione lis sit, reus neget se posidere. Verum etiam tertio hoc est, ex mea quidem sententia, qvam FRANZK. pr. d. de Interd. n. 28. cum Cujacio aliisque defendit, actiones ex interdictis, siquidem ad has divisio actionum in reales & personales pertinet, qvod HUBER. ad tit. 7. de Interd. n. 2. non sine causa in dubium vocat, ad personales esse referendas: quippe qvæ ex facto aliquo obligatorio descendunt, qvod vel rationem delicti habet, ejectione, scil. a possessione, vel usu rei, vel turbatione faltem; vel qvod ad facta extraordinaria, seu varias causarum figuræ pertinet, denegatione scil. possessionis rei, cui insistendi alter, qui agit, potius jus habet, qvam ille, qui nunc possidet. Verum enim vero primum non adeo multum facit ad rem præsentem, cum benignitas juris tanta sit, ut plura remedia suggerat sæpe circa eandem rem, ex quibus eligere quis potest, qvod vult. Ubi quidem prudens optimum elit, nec tamen & alio uti prohibetur. Quo loco non prætereundum, interdum satius esse, remedio L. nostræ uti, qvam alio possessorio. Qvod pater exemplo remedii famosissimi cap. sepe 18. X. de Rest. spol. qvo si quis contra tertium uti vult, probare debet, ipsum violentæ dejectionis consciuum fuisse. B. ZIEGL. ad cap. d. 18. n. 4. Qva probatione carere, & nihilominus possessionem conseqvi potest, si negata possessione a reo hanc probet, illumque mendacii convincat: qvod, qvia facta possessoria in oculos incurunt, fieri potest facilius, qvam si res in animo latitans demonstranda. Simile quid de illis dicendum, in quibus proprietatis causa simul continentur. L. 2. S. 2. ff. de Inter. Porro nec alterum magno pondere gaudet:

det: nam & aliquando fieri fortasse potest, ut in possessorio neget reus se possidere. Tertium majoris momenti est: ob quod concludo, in possessoriis judiciis non esse locum nostra L. nisi in quantum actiones ex interdictis, & remedia possessoria pro in rem scriptis actionibus habenda sunt. L. 1. §. 13. ff. *Quod legat.* FRANZK. ad T. J. Interd. n. 29. Quod ex supra dictis th. hac fluit. Qyoniam enim tunc eadem ratio subest, qvæ in actione reali extortis hanc poenam, idem etiam hic dicendum erit. Neqve etiam credo interrogations in possessoriis judiciis prohibitas esse, nec Ictum in L. 36. de R. V. de peritorio loquentem, excludere voluisse possessorium.

XIII. Qvemadmodum vero in actione reali sufficit a parte rei qualis qualis possesſio, nuda etiam & asinina detentio, nec ad rem pertinet, ex qua cauſa qvisque possideat, modore reuſte-neat ſive per ſe, ſive per alium, L. 18. pr. ff. de A. vel A. Possesſio. L. 180. de R. J. §. 5. J. de Interd. & habeat facultatem reſtituendi L. 9. ff. de R. V. DONELL. lib. 20. c. 3. ita de omni quo-  
Possesſor  
qvalis hanc  
poenam ſen-  
tia?  
 que possifore, a qvo in rem actione rem petere possumus, Omnis q̄b  
potest in  
rem actione  
conveniri. intelligenda erit Lex noſtra. CUCH. n. 134. Atque ſic non tantum locum habebit intuitu illius, qui rem proprie poſſi-det, & ratione formæ, vel civiliſter h.e. detinet cum affectione ſibi habendi, vel omnimodo animo ſcil. Domini L. 1. §. 9.  
Et faculta-  
tem habet  
reſtituendi.  
 de vi & vi arm. L. 1. §. 2 uti poſſid. L. 3. §. f. ff. ad exhibend. vel naturaliter i. e. rem detinet cum affectione ſibi habendi, non qvidem omnimodo, ſed ſecundum qvid, ob jus ſcil. aliud in re, cui incumbit, e. c. pignoris vel uſufructus L. 40. pr. & §. f. ff. de pign. actio L. 12. pr. ff. de acquir. poſſeff. ſive bona, ſive ma-la fide utrumque ſiat, l. 1. C. de R. V. ſive iuste, ſive iuſtice; l. 3. §. 5. ff. d. A. vel A. P. verum etiam illos tanget, qui rem tan-tum detinent, propter custodiā, uſum, vel administrationem, l. 9. ff. de R. V. qvales ſunt depositarius, l. 7. §. u. Commun. dir-

com-

commodatarius, conductor, d. l. 7. §. 11. l. 4. ff. ad exhib. Ut vero isti omnes nominando auctorem suum, liberare se possunt ab actione, l. 2. C. ubi in rem act. ita si ille, quem nominarunt, facta denunciatione non agnoscatur se auctorem, nominantes convicti, quod suo nomine possederint, ablationem possessionis experiuntur. PACIAN. de Probat. lib. 1. c. 19. n. 1. ROMAN. Consil. 70. FABER. ad tit. C. de R. V. def. ult. AFFLICT. Dec. Neapol. 18. n. 1. HILLIG. ad DONELL. lib. 20. c. 3. lit. f. Porro illos maximopere haec res tangit, qui absque ulla causa rem detinent, nec ullum titulum allegare possunt, quam quod teneant, sic rei incumbunt, tanquam asini terrae incubentes. Quos majori ratione poena tenere debet, quod duplicitate peccent, tum quod rem alienam scientes improbe invadant, atque illum, ad quem res pertinet, ab ea arcent, tum quod mendacio reatum non dubitant augere. DONELL. d. l. CUCHUS ad l. b. n. n. 365. Diff. quoad detinentes GV. PAPA Consil. 3. n. 4. Sed procul dubio causae sua inservit; & ideo reprehenditur a CUCHO n. 366. Sed ipse tamen CUCHUS nimis hic videtur subtilis, quando addit, quod, si depositarius vel similis detentor, vel qui legatorum servandorum causa in possessione, sint interrogati in judicio, utrum possideant, negaverintque se possidere, non cadant in poenam, quia non dicuntur esse mentiti, cum non possideant: si vero interrogati fuerint, an detineant, negentque se detinere, non excusari eos, sicutque interrogatos, utrum possideant non debere respondere super detentione num. 371. Sed quid quae so est cavillari, si hoc non est? Qui in rem agere vult interrogatque reum, an possideat, id vult, an talis sit a quo res vindicari possit: qualis cum sit etiam detentor; consequens est, hoc vocabulum, id possidere, non in sensu exquisito, sed eo, quem natura iudicii sc. fert, accipendum esse; atque adeo, qui negat se pos-

possidere, etiam simul negare detentionem. Denique & illi quoque possessores huc pertinent, qui ratione modi civiliter tantum possident, h. e. animo retinent possessionem, licet non corpore rei insistant. CUCHUS n. 134. Nam cum adversus hos actio realis quoque competit, per L. 60. §. 1. ff. de iusfructu L. 3. §. ult. ff. ad exhib. HILLIG. ad DONELL. lib. 20. c. 3. lit. D. hiisque omnino, quamdiu ita possident, facultatem habeant restituendi; consequens est, & adversus illos inficiantes poenam hanc nostram decerni. Imo ad quasi possidentes Legem nostram pertinere ex dictis §. XI. patet. Illud superest hoc loco, ut de possessoribus fictis, qui *Numeriam dolo scil. desiere possidere, anteqvam inficiati sunt possessionem, solliciti simus: utrum nempe & illi poenam hanc sentire queant?* Qvod absqve dubio negandum. Nam licet alioquin pro possessoribus veris habeantur, eosqve, ut actione reali conveniri queant, atqve in estimationem condemnari, L. 36. §. 1. L. 69. ff. de R. V. quia tamen, dum reapse non possident, negantes se possidere, mendacium hac parte non committunt, & possessio, qva destituuntur, ab illis in adversarium transferri nequit: palam est, hos fictos possessores non esse subjectum patiens nostra poena, licet & negaverint se dolo desisse possidere. BARGAL. de dolo. L. 5. c. 14. n. 24. Idem dicendum de illis, qvi se offerunt liti, & simulant se possidere, cum non possideant, de quibus in L. 25. ff. de R. V. agitur. Hi enim licet mendacium committant, poenamque ideo mereantur: non tamen inficiando possessionem peccant, nec etiam per naturam hanc nostram poenam pati possunt, cum rem non possideant, de qua lis veritur.

XIV. Est ergo possessor conventus reali actione, vel tali, qvæ illam initatur *negans possessionem*, subjectum hujus poenæ, possessor sed mentiens. Atq; ita causa, vel delictum, malumq; committat.

*Et quidem  
interroga-  
tus in judi-  
cio:*

actionis, ob qvod poena decernitur, mendacium est commis-  
sum circa possessionem, qvam quis inficiatus est contra ve-  
ritatem. De qua re uberius paulo agendum est. Quo loco pri-  
mo supponendum est, interrogationem præcessisse in ju-  
re. Qvod qvomodo accipiendum sit, in L. 4. §. 1. ff. de Interro-  
gatione. Habetur, scil. apud Magistratus populi Rom. vel Praesides pro-  
vinciarum, vel alios judices. Jus enim ille locus est, ubi juris  
dicendi gratia consit. Qui quidem locus Tribonianum ma-  
num passus videtur, qui, cum olim juris & judicii, juris di-  
cendi & judicandi potestas diversissima fuerint, Ulpiani  
verba ad sua tempora accommodavit, qvibus ista diffe-  
rentia jam fuit sublata. FABER. add. L. 4. §. 1. ff. de Interro-  
gatione. nisi per vocabulum judicis Magistratus majores accipere  
velimus, de qvibus in L. 32. §. 7. ff. de recept. agitur: qui tamen  
vix alii sunt, qvam illi, de qvibus jam in d. §. 1. actum. Sed qvic-  
quid hujus sit, hodie certissimum est, sufficere interrogatio-  
nem a qvocunqve judice esse factam, coram qvo causa ver-  
titur in judicium deducta; modo facta sit interrogatio in loco  
judicij: non in itinere vel domi. Nam licet & hic interrogatio-  
nem permettere videatur L. 4. §. 1. inf. de interrogat. in jure  
fac. textum tamen illum de actibus voluntariae jurisdictionis ea  
parte accipiendum esse, nec Accursius ignoravit, qvod ad con-  
tentiose jurisdictionis actus, de qvibus hic nobis qvæstio,  
pertinere non potest. L. 6.C. de sentent. PHILIPPI ad Dec. noviss.  
45. obs. i.n. 42. FAB. d.l. Necesse tamen, ut fiat interrogatio, liceat ab  
adversario mota, & causa in judicium deducta, vel faltem ad  
preces illius, qui instituere parat actionem. Jll. D. STRYK.  
Tit. de Jure. Uf. mod. §. 14. Anteqvam hoc enim fiat, ju-  
dex non habet jus interrogandi, atqve adeo nec responden-  
di obligatio est penes reum. Qvin imo, cum, si quis sine in-  
terrogatione judicis sponte; vel ab adversario, aut qvod idem  
est,

*vel etiam  
sponte ne-  
gans;*

## DE POENA INFICIENTIS POSSESSIONEM.

19

est, ab hujus Advocato, vel procuratore, L. 27. §. questioni 7.  
 in f. ad L. Jul. de ad ult. interrogatus respondeat, pro interrogato, habeatur L. 9. pr. §. 1. ff. de interrogat. in jure fac. adserfarii.  
 ubi ANTON. FABER. si negaverit possessionem, utique in ea causa erit, ut hac poena nostra affici queat. Ethoc est, quod CUCHUS dicit, nihil hic interesse, utrum ad interrogatoria judicis, sive ad positionem partis negative reus respondeat. n. 194. Imo si ad positiones partis per juramentum respondendorum inficiatus est possessionem, multo magis adhuc peccat, BARG. de dolo L. 5. c. 14. n. 9. & poena dignus. Quae quidem ita accipienda, ut vera sint, si modo ultra-nea illa responsio, vel ad partis interrogationem secuta, fuerit facta judge presente, FABER d.l. FULGOS ad b, n. L. PACIAN. de Probat. lib. 1. c. 19. n. 10. v. sup. §. 8. Etsi autem nonnulli velint, debere fieri interrogationem cum hac comminatione judicis, privandum esse possessione, nisi veritatem respondeat, vel saltet sub poenis juris, CUCH. n. 287. GVID. PAP. Conf. 3. n. 2. non puto tamen, his assentiendum esse, quia lex silent, atque enim absque comminatione, quae si praecessit, eo fortius strinxit reum, a mendacio abstinendum cum damno alterius coniuncto. Conf. BARGAL. L. 5. c. 14. n. 30. licet ratio ab illo allegata nullius momenti sit. Ceterum nihil etiam interest, quocunque tempore negotio haec facta, sive ante, sive in ipsa, sive post L. contestationem, CUCH. n. 187. & 205. Nam licet utile sit, ante L. contestationem illam fieri interrogationem, si tamen omissa, & postea fieri potest, ne partes inaniter ad ulteriora procedendo graventur laboribus & expensis, L. 21. de Interrogat. CAPELL. THOLOS. Dec. 147. Ex quibus cognosci potest, nullum assensum mereri illud dogma. Dd. plerorumque, libellum actoris, ad quem respondens negavit reus possessionem, debere esse non ineptum, & male formatum JA-  
 SON.

C 2



**S**ON. ad §. 1. de Act. n. 97. aliquo, qvōs allegant, & seqvuntur PORTIUS lib. 1. Concl. 30. GABRIEL. lib. 5. Concl. 5. de A. vel A. P. n. 29. qvi illuc respexerunt, qvod ad libellum ineptum reus respondere non tenetur, libelliq; inepti exceptio anomala sit, atqve etiam post litem contestatam opponi possit, sive qve responsio ad tam libellum pro non facta habeatur. CUCH. n. 291. Nam si & ultronea negatio in judicio facta, poenam meretur; cur non idem de hac diceremus? Multo minus cessabit poena, si extra illum libellum ineptum interrogatus respondebit negative. Conf. B. BRUNNEM. ad lib. II. ff. de Interrog. n. 49.

**E**t ipse qd. in dem modo personam standi in judicio habet. XV. Alterum, qvod moneri debet, hoc est, responsionem factam supponi ab ipso reo, & qvidem tali, qvi personam standi in judicio habet, qualis cum non sit minor, L. 2. C. qvi legit. perf. standi in jud. conseqvens est, actum istum pro nullo haberi, nec ideo eum ob mendaciam puniri, FARINAC. qv. 81. n. 354. Ac sibi imputet petitor, qvod hominem istum atatis defectum patientem solum interrogaverit, vel curaverit interrogare. Qvin imo si consensu curatoris inficiatus fuerit, restitutio in integrum non tam adversus mendacium, quam adversus ablationem possessionis, qvæ ex eo, qvod adversarium gravavit onere probandi, seqvitur, erit ipsi concedenda, sumtibus tamen in hanc rem factis restitutis petitori. L. 9. §. 2. vers. sed si. ff. de minor. ubi ANTON. FABER. FARINAC. d. I. GRATIAN. Discept. For. n. 48. HILLIG. ad DONELL. lib. 21. c. 10. lit. O. Quemadmodum vero qvod de minore diximus, absqve curatore negante, ad mulieres qvoqve pertinet illis in locis, ubi absqve curatoribus personam standi in judicio non habent, ut in Saxonia nostra, MARTIN. adit. 8. Ordin. Jud. §. 1. n. 14. ita, si cum curatoribus illæ, qvæ perfectæ atatis sunt, negaverint possessionem, convictæqve mendacii, beneficio restitutio-

nis

tionis eas non gaudere, existimo. Nam licet non desint, qvi in mu-  
lieribus nostris omnibus & que ac minoribus auxilium illud  
Prætorium indulgeant indistincte: horum tamen sententiam  
nulla lege sussultam praxis hactenus merito rejecit. Porro  
si procurator, vel Advocatus neget possessionem, idque per  
mendacium faciat, ipsi reo hocce obesse non potest, quem *Quid si pro-*  
*ex alieno facto poenam pati, iniqum foret, L. 22. C. de pœn. curatōrē c.*  
ANT. FABER. ad l. 9. §. 1. ff. de Interrog. nisi mandato speciali  
instructi fuerint: qvo omnibus causis opus, qvibus magnum  
præjudicium vertitur. c. 4. de Proc. in 6. D. SCHULZ. *Diss.*  
*de mand. spec. c. 4.* vel præsente principali, tacenteque, vel  
postea approbante saltem, inficiatio facta. Ex qua re manda-  
tum tacitum, vel ratihabitio colligi potest, L. 6. L. 18. ff. *mand.*  
L. 9. C. ad Sctum. Macedon. Atqve hinc Prælati mendacium  
vel tutoris, vel curatoris non potest obesse Ecclesiæ, pupillo,  
vel minori. CUCHUS n. 330. BARGAL. d. I. n. 28. GABRIEL. L.  
V. C. 5. n. 32.

XVI. Posthac observandum est, responzionem factam *Mendacium*  
debere esse negative, ut scil. negaverit se possidere, per hunc *confitit*  
textum nostrum. Hoc dubio caret, si negatio hæc directo *negatione*  
& specialiter facta, ac *πρὸς ἔπος*, ut ait UPLIAN. in L. II. §. 5. ff.  
*de interrog.* Qvod si autem quis ita respondeat ad libellum:  
*nego narrata, prout narrantur, cessare poenam, nonnulli ex*  
*nostratisbus opinantur; qvia videtur negare, qvod est sub-*  
*stantia libelli, non ejus circumstantias. Qva de causa JA-* *Rejicitur*  
*SON loco cautelæ nunquam de memoria delenda monet,* *cautela Ia*  
*utilissimum esse, ut conventus nunquam neget se possidere,* *sonis, & a-*  
*ne in poenam incidat L. nostræ fin.* sed simpliciter *neget*  
*narrata, prout narrantur J. de ad §. 1. act.* Qvam sen-  
tentiam usu invaluisse scribit BARGAL. de dolo. lib. 5. c. 14.  
n. 10. HERING. de fidejuss. c. 27. P. I. n. 220. seqq. probatque

MARSILIUS *Singulari* 242. n. 5. SCHNEIDEW. *in §. 1. 3. de aet.* Verum si dicendum, quod res est, sentio cum HILLIGERO ad DONELL. *lib. 20. c. 3. lit. R. ac B. BRUNNEM.* *ad tit. ff. de interrog. in jure fac. n. 46.* Qvorum ille hoc cavillationem potius, & vafram elusionem ac circumventionem dicit, quam cautionem jure proditam; hic vero pejus agere, inquit, hujus cautelæ Patronos, illis Advocatis, qui partes ad negandum instruunt; cum Advocati legis sanctiōnem non illudant, ut illi. Namque si supponamus, actorem libello complexum esse, uti quidem fieri debet, reum possidere, huncq; respondentem negasse narrata, prout narrantur: procul dubio omnia negavit, quæ in libello quoad substantiam, & circumstantias continentur. Nam ut ille, qui omne dicit, nihil excludit L. 68. *in pr. ff. de legat.* 3. ita is, qui omne & simpliciter negat, nihil excipit. BARBOSA L. 12. C. 7. Ax. 2. Quid quod possessione rei tanquam alterum, ut vocant, extremum realis actionis ad substantiam libelli utique pertinet. HILLIG. ad DONELL. d. c. 3. lit. B. Plane parum hodie cautela ista officii praestabit, cum secundum leges Imperii, & Saxoniæ nostræ, aliorumque locorum placita, generalis ista litis contestatio non sufficiat, sed specialis ad omnia libelli capita exigatur, R. J. noviss. §. 37. & O. J. S. tit. XVI. Quia eti quis generali illa usus hodie, nondum ad speciale adactus, existimo istam jam tum sufficere ad translationē possessionis, si actor eam petat. Qvod si vero actor possessionem rei libello complexus non est, otiosa est quæstio, cum utique ad id, quod intentione propositum non est, non potuerit respondere, nec affirmare, nec negare possessionem. Ceterum si interrogatus plane non respondat, sed taceat, pro negante habetur L. 11. §. 4. ff. *de interrog.* qd si reg. bel plane terr. quod hic utilius est actori, ac si haberetur pro confesso; non bel ob- scure respon- deat?

juris actoris. FABER *ad d. §. 4. CUCH. n. 179.* Hoc maxime tunc locum haberet, si ad libellum respondere jussus sub poena litis negative contestata: ita ut & sic in hocce argumento insig-  
nem effectum reprehendamus ficta hujus litis contestationis.  
Qvod si porro dubie vel obscure respondeat, ut incertum, di-  
mittat interrogantem, & probandi oneri exponat, urgend⁹ est,  
apertius ut loqvatur, & categorica utatur responsione. *L. 20. §. 1. d. I.* Qvod si haec non possit extorqueri ab interrogato, hic in  
eadem causa erit, ac ille, qui tacuit, vel negavit *L. II. §. 7. ff. de interrog.* In quam rem allegari solet etiam *L. II. F. 34. in f. B.*  
BRUNN. *ad L. II. ff. de interr. n. 46.* Qvod quidem ita acci-  
piendum si dolo malo dubie, vel obscure responderet: atque sic  
aliud est, si justam causam habet, ob quam categorice re-  
spondere nequit. BRUNN. *d. I. Conf. dicta infra Th. 18. Conf. III.*  
STRYK. *in usum mod. Tit. de interrog. injure. §. 37.* Ubi vero his  
pro affirmative contestata habetur, vel reus contumax pro con-  
fesso & convicto; ut in Saxonia fieri afolet: ibi ficta, talis  
contestatio litis si contingere, cum pro negante reus haberet  
nequeat, poena nostra utique exulabit. Sed nec tamen ea o-  
pus, cum actor totius causæ intuitu viator evadat, & alias res ad  
illum transferenda.

XVII. Deinde & illud monendum, qvod ex antecedenti-  
bus fluit, esse haec omnia intelligenda de casu, ubi ipsa possessio  
negata est. Itaque non pertinent ad eum, qui titulam vel  
qualitatem possessionis negavit, exempli causa, si negavit, se  
possidere pro emptore, cum tamen ita possideat; vel si dicat se  
pro emptore possidere, hocque falsum sit: cum & eundem re-  
gulariter nemo edere debeat. *L. II. C. de hered. petit; CUCHUS  
ad b. L. n. n. 318. BUSIUS & FABER ad eand. PORT. Concl. 30.  
ib. I. Diff. BARG. d. I. c. 14. n. 16.* Pariter non pertinet ad  
cum, qui tantum identitatem negavit possessionis, qui scilicet

*Negata de-  
bet esse ipsa  
possessio.*

affirmavit quidem se hunc vel istum fundum possidere, non tamen illum esse, quem actor petit. Hoc enim casu actor nil nisi jus suum probare debet, qvod in hocce fundo sibi asserit, quem possidere se affirmavit reus. Atqve adeo hic ratio legis cessabit. MARZAR. *Conf. 43. inf.* Qva parte consultum, ut in rem praesentem eatur, ibique actor indicet rem, quam petit, & reus monstrat prædia a se possessa, *COSTA de factis scient. & ignorant. Cent. I. Distinct. 25. n. 6. & 17.* Nec ille hoc spectat, qvi cum adversario suo rem depositum in seqvestro, & responderet se non possidere. Possessio enim tunc in seqvestrum translata esse *L. 17. §. 1. depos. juncta L. 39. de acquir. possess. CUCHUS d. I. num. 443.* BRUNNEM. ad. L. XI. de interrogat. num. 54. Nec ille qvi interrogatus: an dolo desierit possidere? & ipse per mendacium negaverit, BARGAL. d. I. vid. th. XIII. Sed quid si negasset reus, se possidere, aut si possideat, juste possidere dicat? Hoc casu quidem non videtur absolute negare: qvia tamen utique non affirmar, & probationi adstringit adversarium, procul dubio poena nostra dignus censemur. CUCHUS n. 174. & 178. Qvaniis enim alias nemo pluribus defensionibus uti prohibeatur, id tamen ita intelligentum est, nisi contrariae sint, & tale mendacium involvant, qvod a jure poenam mereatur. Diversum statuit CUCHUS num. 375. co casu, si quis dicat: ego non possideo, & qvatenus inferior possidere, ego emi a te, vel mihi illam rem donasti. Fateri enim hic, dicit, actorem fuisse dominum, propterea ad reum spectare onus probandi, rem sibi venditam esse, vel donatam. Cum ergo nulla probatione actor gravetur, non est, qvod ex negatione reus poenam sentiat. Sed qvia tamen possessio dubia est, illamqve probare debet actor in rem agens, nullam hic video a priori casu idoneam differentiam rationem. Plane si quis falso negavit possidere se suo nomine, illum poenam mereri supra diximus th. XIII. XVIII.

XVIII. At vero debet ista negatio possessionis fieri per mendacium, atque ita per dolum malum: sine qvo, meo iudicio, mendacium non potest concipi. Et si concipi posset, qvod nonnulli credunt, fatentur tamen nostri, omnem, sic hanc etiam nostram poenam negantis vel mentientis locum tantum tunc habere, quando mendacium, vel negatio facta per dolum, vel summam illam oscitantiam, qvæ vix sine dolo concipi potest, qvam latam culpam dicimus, qvæve in causis civilibus idem ac dolus est, L. qvod Nerva 32. ff. *Depositii*, L. 4. ff. de *Magistr.conven.* SICHARD.ad avth idem *possessor C.* qui pot. in pign. WURMSER. Obs.misic. 10. n.1. BARGAL. de *dolo* L. 1. c. 14. n.8. PRUCKMANN. Vol. 1. *Consil.* 28. n. 92. BRUNNEM. ad L. ii. de *Interrogat.* n. 26. Qvodsi itaque quis probe sciens se possidere studio id neget, ut saltem negotium facessat adversario: vel si fortasse adeo rerum suarum negligens, ut quidem nesciat, utrum possideat, vel dubius sit, conventus tamen reali actione absqve ulla, vel exigua saltem opera statim scire possit, utrum possideat, nec ne<sup>m</sup> mali tamen ignorare, & adversario onus probandi attrahere, qvam discere veritatem: uterque dignus erit hac nostra poena. Nam & ultimus parum abest a primo, neq; ab animo decipiendi & defraudandi adversarium penitus potest absolv*i*, MASC. de. *probat.* v. II. c. 834. n.6. Qvod si vero fortasse quis per procuratorem, filium, vel servum in loco remoto possideat, justamq; habeat ignorantiam se possidere, & in probabili sit errore, si negavit, vel dubie respondit, nullam poenam sentire debet, L. ii. §. 10. ff. de *Interrog.* ubi BRUNNEM. FABER. ad hanc L. nostram in fine GUTIEREZ. in repet. avth. *Sacramenta puberum* &c. n.6. AFFLICT. Dec. 18. ibig. URSILLUS n.1. GOED-DEUS de *contrab.* Stip. c. 9. n. 102. & qui allegantur a PACIAN. de *Probat.* lib. 1. c. 19. n.3. Idem dicendum si ratione ob-

D

iecti

*Negatio fit  
dolo&c. facta,  
reprobatur.*

jecti juste erret, atque ignoret eandem rem, cuius possessionem negavit, esse eam, quæ postulatur, L. n. §. 10. ff. de interr. II. F. 34. in f. COSTA de fact. scient. & ignorant. Cent. I. Distinct. 26. n. 6. Talem tamen justam ignorantiam non volunt esse, quando quis allegat, nescivisse, rem alteri locatam se possidere. Quemadmodum adversus rusticum quendam ita judicatum fuisse, refert SURDUS Dec. 237. qui potuisset, & debuisset peritiores consulere, GRATIAN. Discept. Forens. c. 109. n. 36. Apprime hic notandum, contra regulas juris communis dolum, & latam culpam hoc nostro casu præsumi, probata scil. possessione rei, VVURM SER. in Miscell. obs. 10. Dum enim appetit, rem aliter se habere, ac professus est reus, occultataisque esse veritatem eo loco, ubi manifestari oportuit, & tali quidem in re, quam vix ignorare potuit inficians, non potest non inde præsumptio dolii nasci. Atque adeo nulla peculiari probatione dolii, vel latæ culpæ opus erit; sed potius reus, dolum ab fuisse, probare debet. BARG. de dolo L. 2. c. 4. n. 37. 45. 46.

*Reus perficit  
in mendacio.*

XIX. Ut vero poena locum inveniat, id etiam necessarium est, ut in mendacio, seu inficiatione persistat reus, usq; dum convincatur ab adversario, illum possidere. Nam convinci debere reum negantem auctoris probationibus, lex nostra aperite indicat. Quia de re infra plura monebo. Quod si taque eum poeniteat, atque tandem fateatur possessionem, cessabit poena. Nam uti mendax gravando adversarium onere probandi, puniendus venit: ira e diverso non gravans adversarium, nec nocens non debet puniri ob cessantem rationem cap. cum cessante X. de Appellat. L. quod dictum. 32. ff. de Paet. PACIAN. de Probat. lib. 1. c. 19. n. 7. SICHARD. in avt. Item possessor &c. C. qui pot. in pign. n. 11. Licet enim mendax reus fuerit, doloseque egerit cum auctore, sicutque una ratio legis

gis quadret in eum; non tamen idem de altera dici potest,  
cum onus probandi non subierit petitor. Notum jam vero  
est, in illis casibus, ubi duplex adest ratio legislationis, & qualiter  
& conjunctim movens leglatorem, quod hic fieri, supra §.IX.  
dictum, cessante una, cessare etiam dispositionem. FRANZK.  
*tit. de LL.* Neque etiam objici potest, quod Doctores vulgo  
dicere solent, confessionem speciem esse probationis, proba-  
tamque probationem ex L.14.C. de R.V. BARBOS. *Theb.lib.3.c.*  
*61. axiom. 13.* siveque confessum pro convicto habendum esse,  
parique ratione utrumque eandem poenam mereri. Nam  
ut taceam, Doctores paulo liberius loqui, quando confessionem  
probationem esse dicunt, cum ista confessio relevet poti-  
tius a probatione, quam ut probatio proprie sit dicta, quæ ali-  
quid, quod negatum est, & de quo fides facienda judici, præ-  
supponit: certe hoc loco magna inter confessionem & pro-  
batioem intercedit differentia, dum hæc cum onere actoris  
conjuncta, quorūm hic respicimus, non vero ista, quæ sine  
ullo actoris gravamine contingit. Plane usum judiciorum  
confessum a convicto perpetuo separare, notissimum est. GA-  
BRIEL, L. V.R. de A. vel A.P. c.5. n.31.

*Poenitentia  
collit panam.*

X X. Apparet autem ex his, quousque liceat poenitere, &  
vitanda poena gratia revocare negativam responsionem; nem-  
pe eosque, donec nondum probatio ab adversario facta,  
BARGAL. *de dolo lib.5.c.14.n.39.* Etsi vero nonnulli Doctorum  
terminum ponant peremptorium, litis contestationem inclu-  
sive, ita ut ante litis contestationem indistincte poenitere quis  
queat, postea autem non, PACIAN. d.1.n.7. hisce tamen non  
possim ego assentire. Quod si enim ante item contestatam  
statim sub principio litis, imo etiam ante libelli oblationem fa-  
ciat interrogare reum, an possideat, quod utique fieri potest,  
*arg. L.21 ff. de Interrog. & cautela loco post* ANG. JASONEM

*Quousque poe-  
nitere liceat?*

& BARGALIUM commendat CONTARD ad L. un. C. si de  
 mom. poss. q. 14. n. 1. BRUNNEM. ad L. II. ff. de Interrog. n. 46.  
 reo que negante prober statim, ipsum possidere, utique ob ra-  
 tiones, quas adduximus, nihil proderit penitentia, licet litis  
 contestatio nondum peracta. Porro, si quidem jam item  
 contestatus reus, atque persistat in negatione, idque etiam fa-  
 ciat ad positiones respondens, scil. ubi his locus, liberare se  
 poterit confessione, modo adhuc probationes nondum factæ,  
 CUCHUS ad h. L. n. 281. GABRIEL L. V. Concl. s. n. 27. Ulti-  
 vero probationibus peractis omnimodo, convicto que reo  
 mendaci, si postea confiteatur, non relevatur. SALICET. in  
 avtb. *Contra qui propriam n. 3. C. de non numer. pecun.* ita illud  
 superest expediendum, quid juristunc sit, si actor jam coepit  
 probationem, nondum tamen perficit, utrum scil. revocans  
 tunc negationem audiendus sit. Sane id negandum non est,  
 & mendacem fuisse, & onere qvodam gravasse reum. Fa-  
 tendum tamen etiam est, nondum reum convictum esse:  
 qvod lex nostra exigit, ut poena locus esse queat. Qva de  
 causa non existimo, tali casu translationem possessionis acto-  
 rem consequi posse. Qvodsi tamen fortasse testes jam omnes  
 examinati fuerint, publicatio vero testimoniorum nondum  
 facta; vel publicata testimonia, nec tamen sententia dicta a ju-  
 dice super probationibus, si tum fateatur reus possessionem,  
 id nimis sero fieri opinor, atque adeo, si postea, probatam esse  
 possessionem, inspectis testimoniosis, judex decernat, poenam  
 mendaci sentire debere. Sunt, qui existimant, in instantia  
 appellationis posse poenitere reum, ad evitandam poenam: sed  
 illa, qvæ diximus, ostendunt asserto huic non esse fidendum.  
 Et id ipsum monet illius auctores referens GRATIANUS in  
 Discept. Forens. c. 109. n. 28. seqq. Qvod si tamen ponas in pri-  
 ma instantia non esse probatam possessionem, nihil obstat,

qvo

qvo minus & in secunda, anteqvam in ea convictus reus, poenitentia habeat locum. Ceterum non omittendum, reum revocatione mendacii poenam evitarem, merito condemnari in expensas mendacii causa factas. CUCH. n. 287.

XXI. Ita omnia si in possessore concurrant, poenam senti-  
re debet negationis suæ atque mendacii, qvæ, ut intelleximus, <sup>Pœna amissio</sup>  
in eo consistit, ut possessionem amittat, & illa transferatur in  
actorem, & quidem si totius rei negavit possessionem, tota; si  
partem tantum, pars illa, qvam negavit se possidere. Nam  
cum circa hanc tantum deliquerit, iniqvum foret circa aliam pu-  
niri. GRATIAN. *Discept. Forens. c. 109. n. 42. seqq.* BARG.  
*de dolo L. 5. c. 14. n. 26. CUCHUS d. l. n. 321.* Dubium hic mo-  
vet ACCURSIUS in suis ad hanc legem commentationibus:  
qvomodo ille, qvi per mendacium negat se possidere, cum  
vere possideat, amittere queat possessionem? Possessio enim  
sine animo non amittitur, uti nec acquiritur, sive incipiat a-  
missio ab animo, sive a corpore. L. 3. §. 6. L. 8. L. 17. §. 1. ff. de A. <sup>Occurritur</sup>  
<sup>dibio Accur</sup>  
*vel A. Poff.* Nec magni momenti est, qvod Bartolus objicit,  
videri, quem in animo habere illud ipsum, qvod verbo expri-  
mat. L. 7. ff. de *Supell. legat.* atque sic cum quis dixerit, se non  
possidere, declarasse animum suum scil. qvod non possideat,  
ergo nec etiam possidere. Id enim semper in mendace fal-  
sum est, qvialiu ore profert, aliud in mente gerit. Verum  
salva res est. Utique concedendum est, mendacem huncce  
non habere animum desinendi possidere, sed fallendi, ac e-  
ludendi intentionem alterius: morali tamen aestimatione pro-  
tali, qvi defendere non vult, sed relinqvere possessionem, ha-  
beri potest. *tb. IX. supra.* Quid? qvod animadvertisendum est, re-  
gulam illam, qva absqve animo h. e. proposito nunqvm amit-  
ti possessionem dicitur, veram esse, si de voluntaria dimisio-  
ne qvæstio sit; non vero pertinere ad casum, ubi per alium

præsertim judicem ex justa causa nobis extorqvetur, l. 15. l. 30.  
§. 2. ff. d. A. vel A. P. Conf. A. FAB. ad b. l. n.

XXII. Ut vero nunquam possesio secundum LL. Romanas ipso jure sine facto apprehensionis acqviritur, vel transit in alium L. 23. pr. ff. de A. vel A. Poss. L. 1. §. 15. ff. si is, qui testam liber. ita quoque certum est, possessionem ipso jure hoc casu non transire, sed facto aliquo, quo acqviratur, opus esse. BARG. de dolo L. 5. c. 14. n. 13. Qvo loco tamen secundum, non posse peitorum propria autoritate possessionem rei in se transferre, sed per judicem id fieri debere. b. l. nostra.

*Possessio trās.*  
*it in actorem*  
*non ipso jure,*  
*sed per ju-*  
*dicem.*

CUCH. n. 296. Nam licet nihil interesse videatur negantis se possidere, an sua autoritate, an vero iudicis ope in se actor transferat possessionem, quam suam esse ipse inficiatus est; licet etiam non sine magna calunnia defendere posit possessionem rei, quam, ut diximus, negavit, atque adeo possessio intuitu hujus inficiantis vacua videatur: quia tamen ponitere licet, & causæ cognitione quadam opus est, num convictus sit mendacii, sententiaque judicis; hujus vero sententia vis, & executio sine autoritate publica obtineri nequit, nec singulis concedendum, ut per se faciant, qvod per Magistratum publice fieri posit, ne occasio sit majoris tumultus faciendi, L. 17a. de R. J. ideoque haec fuit indulgendum actori, ut proprio ausu ad se transferat possessionem. b. l. n. Conf. DN. SCHILT. Ex. II. S. 18.

XXIII. Anteqvam autem ad istam translationem veniat iudex, opus est, ut tum actor, qui qvidem talis esse debet, qui ab agendo non repellitur, ut excommunicatus, bannitus &c. CUCHUS d. l. n. 382. probet reum possidere, tum petat hanc pœnam decerni: de qvorum utroque jam agendum est. Et qvidem actoris petitione opus esse, ex eo constat, qvod haec res ad jus partis pertineat, commodaqve actoris. Isto vero positio locum inveniet regula juris notissima: judicem non im-

*Actor debet*  
*petere trans-*  
*lationem pos-*  
*sesionem.*

impertire officium suum, nisi imploratum. L. 4. §. 8. ff. de da-  
min. infect. L. 18. ff. Comm. div. PACIAN. d. l. n. 6. BARGAL.  
d. l. n. 12. HILLIG. ad DONELL. d. l. Qvod si itaque petitor  
istam petitionem negligat, translatio possessionis utique ces-  
sabit, nec erit judicis, illa privare reum. GABRIEL. L. V. d. l.  
*Concl. 5. n. 35.* Qvod & tunc fieri, si actor ad probandam inten-  
tionem suam in petitorio admitti velit, ejusque suscipiat pro-  
bationem, atque dominum se declarari petat. Qvo ipso ni-  
hil aliud agit, quam ut adverbarium tantisper in possessione  
relinqvat, cum haec nonnisi adversus possessorem peti, & su-  
scipi possint. §. 2. f. de Act. GABRIEL. d. l. PAPA Sing. 563. 609.  
BARGAL. de dolo d. l. n. 12. CUCHUS n. 313. HILLIG. ad DO-  
NELL. d. l. Nisi tamen alternative id faciat: qvod & jure Civ. *Quoniamque te  
ceat uti remea  
dio L. nostras*  
fieri potest, secundum qvod possessoria remedia non quidem  
cum petitorii simultanea, sed tamen alternative cumulari  
possunt. HAHN. ad WESEMPEC. de Interd. n. 8. vel enim  
juxta jus Can. & praxim cumulet cum petitorio remedium  
hoc possessorum simultaneo, qvod adipiscenda dicitur  
possessionis. Vid. thes. XXIV. seq. HAHN. ad W E S E M B.  
d. l. Imo cum relicto petitorio, ad possessorum con-  
fugere licet, etiam si de retinenda possessione qvaratur. L. 12.  
§. 1. ff. de acqvir. poss. cap. 5. X. de cauf. poss. & propr. FRANZK.  
Ex. 14. quest. 3. modo id fiat ante conclusionem in causa, d.  
cap. 5. HAHN. d. l. in fin. nullam rationem video, cur & id  
intuitu nostri remedii fieri nequeat, atq; adeo tunc non Oberit,  
in petitorio progressum esse. Qvod illis cautelæ loco nota-  
dam erit, qui in petitorio vincere se non posse suspicantur. Am-  
plius existimo etiam in appellacionis instantia ad beneficium  
L. nostræ confugere licere: qyoniam appellatio causam re-  
ducit ad tempus L. C. l. 13. C. de proc. & ea, quæ in prima in-  
stantia omisla, tunc suppleri poterunt. L. 6. §. 1. C. de Appel-  
lat.

*tat. ubi Doctores. Ac hoc fortasse etiam respexit COSTA. de fact. scient. & ignor. Cent. I. Disf. 25. n. 4. legis nostræ dispositionem procedere affirms, sive quis in prima, sive in secunda instantia fuerit convictus. Plane si petitorium per rem judicatam est finitum, parum apre petitio fit ex L. n. GABR. lib. 5. Rubr. de A. vel. A. Poss. Concl. s. n. 35. BRUNNEM. ad L. n. de Interrog. n. 47. Si enim pro auctore judicatum est, non opus remedio nostro, cum alias cedere possessione reus debeat, petitorque vi rei judicatae in possessionem mitti. Si reus vicit e-  
vasit, auctori obstabit auctoritas rei judicatae in petitorio, qui sibi imputet, quod remedio L. n. non fuerit usus. CUCH. d. l. n. 309.*

*Observatione  
fiat petitio.*

XXIV. Dispiendum vero est, qva ratione ista fiat petitio. GLOSSA ad hanc L. nostram transferri dicit possessionem per officium judicis, vel conditionem ex lege, atq; adeo petitionem istam, vel implorationem officii judicis, vel conditionem ex lege esse supponit. Incertum tamenutrum hæc disjunctive, vel conjunctive intellecta voluerit, h. e. utrum conditionem istam idem, ac officii judicis implorationem, aut hæc pro diversis habuerit? Sane BARTOLUS ad h.l. nostram ultimum probat, Glossam nempe illa duo pro diversis habuisse, atq; adeo infert, si fiat per conditionem ex lege, novo libello, nova litis contestatione, & uno verbo, novo processu opus esse: qibusc omibus carere possemus, si per implorationem judicis officii studeamus obtinere possessionis translationem. Ipse vero tandem concludit, dicendum esse, potius officio judicis, qvam per modum conditionis, qva actio est, obtinendum finem huncce, qvem hic intendit auctor. Si enim, inquit, fieret per actionem, tunc judex non esset immediata causa efficiens translationis, sed actio; fieret ergo translatio per actionem mediante judge. Nolo prolixus esse tum in-

indagata sententia Glossæ, tum examinanda hac Bartoli ratione; sed paucis mentem meam aperiam.

XXV. Scil. existimo, nullam quidem hui dari ordinari-am, & proprie, ac in sensu exquisitiori ita dictam actionem, qvæ opponitur implorationi officii judicis, aut extraordinariae persecutioni, L. 24. §. ult. ff. de Minor. L. 178. §. 2. de V. S. sed extra ordinem officium Prætoris, seu judicis, ejus scil. qvi jam aditus est, vel pro actione in rei datus, nobile implorari, atque impertiri. ANTON. FABER. ad b. l. n. CUCHIUS n. 317. Qvæ imploratio in sensu laxiori, præsertim juris & judicii distinctione sublata, & actionis nomine venire potest. L. 34. de V. S. L. 37. de O. & A. BACHOV. de Act. Diff. i. tb. 24. & qvo minus condicō ex lege etiam dici queat, nihil video, qvod impediat. Qvoties enim in nova lege introducta obligatio, nec cautum eadem lege, qvo genere actionis experiundum, ex lege agendum est. L. 1. ff. de Condict. ex lege. ira ut Rom. jure, qvod cuique negotio propriam actionem, & cuilibet actioni certam agendi formulam assignavit, deficiente tali propria actione, atque formula, condicō nomen subsidiarium fuerit, pari ratione, ac apud nos imploratio officii judicis esse solet. DN. SCHILT. Ex. I. tb. 6. & Ex. 24. tb. 57. MINDAN. de Interd. Comment. 13. Neque etiam absolum est, remedia, qvæ ex legibus Digestorum, qvas Justinianus suas fecit, oriuntur, condicōnes ex lege dici, ut HAHNIUS ostendit ad WESEMB. tit. de Condict. indeb. & variis exemplis v. g. L. si me & Tuitum &c. 32. ff. de reb. cred. L. si contendat 28. ff. de fidej. L. extat 13. ff. qvod met. cau. probat. Conf. WESEMB. ipse, atque BACHOV. d. l. nec non Illust. STRYK. ad d. tit. in N. Laut. Qvocunq; autem nomine illa petitio veniat, pleriq; tamen in eo consentiunt, remedium adipiscenda esse possessionis, BARTOL. ad b. l. nostrā, secunda posse n. 3. PANORMIT. inc. cum causam. vers. secundum dicit Glossa. sessionis.

X. de jur. am. Calumn. CONTARD. ad L. un. Si de mon. poss. q. 14.  
n. 5. RIP. in l. 12. §. nibil commune. i. ff. de A. vel A. P. n. 152. MENOCH.  
Remed. adipisc. possess. l. n. 113. & qui ibidem allegantur. CUCH.  
passim. Qvod nullum dubium haberet, si actor nunquam gavisus  
possessione rei, quam petit. Qvod si enim jam olim habuit a-  
misitque, nihil videtur causa, cur non etiam recuperandæ re-  
medium possit appellari. Imo etiam si supponamus casum,  
ubi actor non totam amisit possessionem, sed tantum ex parte,  
ita ut adversarius vim inferendo, vel illum in possessione, aut  
usu rei impediendo possessionem involaverit alterius, quatenus  
turbat: (quo casu licet in rem agam, non tamen videor re-  
nunciasse penitus possessioni l. 12. §. 1. ff. d. A. vel A. P.) non  
inconveniens videtur, retinendæ possessionis remedium hoc  
nostrum dici: quia quidem remedia, si rem penitus intueamur,  
recuperandæ magis sunt, dum id persequimur, quod amisi-  
mus; retinendæ vero ideo dicuntur, quia non totam perdi-  
mus possessionem, atque illam volumus redintegrare, & ser-  
vare integrum. Conf. OLDEND. CL. II. act. 4. n. 7. f. 100. Quia  
tamen, qui hoc remedio utitur nostro, non in eo se fundat,  
quod possessionem jam olim habuerit, vel adhuc habeat; &  
reus istam occupaverit, vel turbaverit; vel quod idem est, non  
ponit fundamentum petitionis in ejectione, vel turbatione ab  
altero facta: sed tantum in mendacio adversarii, peritio; ad se  
transferti possessionem, quasi nunquam possedisset, satius est  
adipiscendæ possessionis solum remedium hoc dici.

*Unde reme-  
dium hoc  
ortum ea-  
piat?*

XXVI. Qvod si causam atq; originem proximiorem queras:  
ex facto obligatorio illicito illud nasci, ajo, nempe inficiatione  
possessionis, seu mendacio, cum translatione oneris probadi in  
adversarium conjuncto. Quemadmodum autem remedia pos-  
sessoria omnia summario processu tractanda sunt, nec in illis  
ordo exigitur judiciorum solennis, L. un. C. si de moment. possess.

L. ult.

*L. ult. C. qvor. bonor. L. 8. C. unde vi. L. 3. C. de interd. ubi Docto-  
res. SCHILT. Ex 47. §. 3. ita & hoc remedium summarie,  
cum præsertim causam incidentem in judicio concernat, tra-  
ctari debet, pari ratione, ac contra non veniente[m] mittitur  
actor in possessionem, ex primo vel secundo decreto L. 4. §.  
3. 4. L. 15. §. 16. ff. de damn. infect. Quo stante, nulla nova in-  
stantia, nullo novo solenni libello, nulla litis contestatione,  
nec juramento columnæ opus erit, BARTOL. & BALDUS  
ad d. L. JASON. ad §. 1. f. de AEt. n. 89. GABRIEL. lib. 5. Concl.  
s. n. 25. BRUNNEM. ad L. 11. ff. de Interrog. injure fac. n. 47.  
CUCHUS de ment. circa poss. n. 207. sed absq[ue] ullis ambagi-  
bus finis obtineri poterit, modo probationibus reus menda-  
cii convictus.*

XXVII. Jam itaque de probationibus videndum est, quas  
suscipere debere actorem, ex dictis patet, & Glossa omnes-  
que Doctores uno ore affirmant. PAC. lib. 1. c. 19. n. 4. Circa  
cas autem tria hic veniunt pensanda. (1.) *Qualis probatio  
requiratur?* (2.) *quando debet fieri?* (3.) *quidnam probandum  
sit?* Non vacat iam repertere prolixas illas Doctorum dispu-  
tationes circa probationes in judiciis possessoriis, quas, cui vo-  
lue est, legere potest apud MINDAN. de Interd. coment. 26. Probatio-  
Mihi haec sententia placet, in judiciis possessoriis, quoniam *nes debet  
esse plene,  
sed summa-  
riatantum,*  
summarie sunt, plena quidem & concludentes adesse debe-  
re probationes, non tamen illas esse solennibus illis adstri-  
etas, quæ in ordinario processu circa probationes exiguntur,  
*L. un C. si de moment. poss. L. 8. C. Unde vi. L. 3. C. de Interd. L. 6.*  
Cod. THEOD. de denunciat. L. ult. C. qvor. bon. Paucis sufficiunt  
summarie probationes, quas in nostro foro demonstrationes  
(Bescheinigung) vocant, quæ, qyomodo ab ipsis differant, ali-  
unde notum est, & Doctores passim, qui de ordine judicio-  
rum agunt, tradere solent. Quoniam itaque remedium, de

qvo agimus, ad possessoria refertur, conseqvens est, processum summariū ejus intuitu locum invenire, ut th. praecedenti dictum; atque sic plene qvidem, & concludenter convincendum esse mendacii reum, sed tamen per probationem summariam, & modum demonstrationis. Conf. GVID. PAP. *Conf. 3. n. 3.* GABR. d. n. 30. idque vel testibus, quod caret dubio, vel instrumentis, quibus etiam possessio probari poterit, e. c. Ca-tastro, it, instrumento locationis. MASCARD. *de Probat. C. 274.* GRAT. *Discept. Foren. Concl. 295. n. 17.* COST. *de fact. sci-ent. & ignor. Cent. 1. Dist. 25. n. 4.* qvi in terminis tradit, instrumento publico mendacii convinci posse reum inficiantem possessionem. Qvo quidem loco illud non omittendum, sub plenæ probationis nomine & illam hic comprehendendi, qvæ per fortes præsumtiones fieri solet: quibus etiam possessio potest probari. MENOCH. *Remed. ret. poss. 3. n. 570.* VERGIN. *de BOC. de Interd. uti possid. c. 14. n. 12. & 24.* Cæterum quam praxis nostri Fori distinctionem possessorii ordinarii & sum-marii recepit cum differentia probationum, ea tantum ad interdicta & remedia pertinet retinendæ possessionis, & sic nihil facit ad rem præsentem.

*Quando  
probandum.*

XXVIII. Qvoad tempus probationis, non opus est, ut (2.) multis de hac re solliciti simus. Qvoniam enim non solennis probatio, sed demonstratio summaria saltem necessaria est, hæc vero nec in Saxonía nostra termino legali ad stricta, MARTIN. *Proc tit. 20. §. 4. n. 83.* conseqvens est, eosque licere suscipere hanc probationem, qvousque alias hæc petitio permissa. Vid. *supra tb. XXII.* nisi fortasse judex per sententiam intra certum spatium hanc fieri jussierit demonstrationem. MARTIN. d. 1. Imo etiam in appellationis instantia poterit suscipi. COSTA. d. 1. dist. 25. n. 4 L. *per hanc. 4. C. de temp.*

*appel-*

*appellat. 113. C. de Procur.* in Saxonia quoque, cum hac parte legali termino destituumur, si maxime per sententiam demonstratio injuncta, & vel omissa in prima instantia, vel non sufficienter facta. HARTM. PISTOR. lib. 4. qvæst. 24. n. 2. MEV. P. 2. Dec. 235. Svalendum vero actori, ut, si velit petere translationem possessionis, rotulis jam, vel aliis testimoniis sufficienter instructus judicem accedat, utque sic statim & in continenti hisce reum convincere queat. Hoc enim ipso evitabit revocationem negationis, ad quam rei plerumq; confugere solent, si videant, nostram sibi objici legem. Nam licet non negem, & tunc reprobationem seu contrariam demonstrationem (*Gegen-Befreiung*) non esse denegandam reo, quæ, tanquam species defensionis, in summario processu quoque locum habet, MARTIN. ad tit. 21. Ord. jud. n. 4. si tamen nihil hacce efficit reus, poenitentia sera non liberabit istum ab ammissione possessionis. *Vid. dict. supradict. XX.*

XXIX. Quid vero (3.) probandum ab actore, ipsa lex nostra indicat, rem scilicet ab adversario possideri, L. n. ult. *Quid probandum?* *dict. pro-* junct. l. 24. §. 2. ff. de judic. quod quidem intelligendum procul dubio est, de tempore, quo negavit se possidere BALD. ad h. l. m. BARGAL. de dolo & mendacio, L. 5. c. 14. n. 11. CALA de artic. mod. Gl. un. §. 2. n. 132. vel si contumax fuerit, quo debuit respondere. Nam si eo tempore ipsum possedisse, non constat, reapseque non possedit, nullum mendacium negando se possidere commisit: licet aliquin antea dolo desierit possidere, *Conf. dicta supra th. XIII. XVII.* Probato itaque, eum isto tempore naturaliter rei incubuisse, fructus collegisse, agrum coluisse, ex re percepsisse pensionem, abiisse ex adibus, illasque clausas reliquisse, res caret dubio. Illud vero non adeo expeditum est, utrum sufficiat probasse, reum aliquando rem posse

diffe? Affirmativa placet SCHNEIDEW. ad §. i. f. de Act. n. 97. atque B. DN. BRUNNEM. ad L. ii. ff. de Interrog. n. 49. Præsumi enim inde ajunt, etiam nunc possidere L. 16. C. de Probat. nisi contrarium alter probet, L. 17. ff. de Except. rei jud. desissem se scil. isto tempore possidere, præsertim in immobili- bus, non vero ita in mobilibus, nisi nuper reus posseisset. Sed in contrarium abit HILLIG. ad DONELL. lib. 20. c. 3. lit. R. duplice ex ratione, (1.) quoniam si non utique ex præterita, possessione præsens colligitur, ubi de commodis possessio- nis agitur, ut fuse MENOCH. lib. 6. præsumt. 64. minus, ubi damnum vertitur: (2.) qvia translatio possessionis non fieri potest, nisi constet de præsenti possessione. Eqvidem si evol- ves MENOCHIUM, videbis variis modis ampliare & limitare eum illationem, quam a præterito in præsens faciunt Dd. in- titutu possessionis: qva tamen omnia magis autoritate Glos- sa & interprætum, quam legum & rationum nituntur. Quam ob causam in SCHNEIDEWINI, & BRUNNEMANNI ten- tentia subsistit, quam juri & rectæ rationi convenire opinor: nec me mover, qvod primo loco in contrarium a HILLIG. allatum; nec etiam secundum. Postquam enim probato, aliquando posseisset reum, præsumtio nata, etiam postea, cum mutatio facti sit, posseisset eum, nisi desissem se possidere pro- baverit; pro mendace utique habendus erit negans, & sic ex- torquenda illi possessio. Qvod si vero, dum ad rem deven- tum, appareat illum non possidere, vel non habere faculta- tem restituendi; utique qvod non habet, auferri non potest; qvod & idem contingit, si probata actuali possessione tem- pore inficiationis postea desit possidere. Qvo casu quid fieri deceat, infra thes. XXXVI. dicendum. Conf. CUCH. n. 390.

*Probanda  
possesso  
sp/a.*

XXX. Debet vero probari ipsa possesio, qvæ vox ut supra dixi-

diximus *tb. XIII.* in latissimo sensu hic accipienda est; sed tam  
men vera. Hinc non sufficit probare jam eo tempore, quo  
negavit, defuisse reum per dolum possidere, per supra dicta,  
nec reum habuisse pretium rei; nam uti qui pretium haberet,  
rem ipsam non habet, *§. 6. J. de legat.* ita nec etiam posses-  
sionem. ALEXAND. *in L. si rem. de petit. hered.* AUFRER.  
*ad Dec. CAPELL.* THOLOS. 167. COSTA. *de fact. scient. &*  
*ignor. Cent. I. Dij. 35. n. 8.* fructu dissentiente GABRIEL. *lib.*  
*s. Concl. 5. n. 24.* cum JASONE, quem in partes vocat BARG.  
*L. 5. cap. 14. n. 25.* Vid. tamen CUCHUS *n. 151.* ubi eo casu li-  
mitat hoc assertum, si interrogatus respondeat, se nihil he-  
reditarium possidere; cum tamen prerium acceperit, quod  
in universalibus in locum rei succedit. *L. 22. ff. de hered. pe-*  
*tit.* Quod si de re immobili quæstio, probanda est posses-  
sionem secundum ejus fines, CUCHUS. *n. 334.* BARGAL. *de dol. d. I.*  
*n. 12.* Si negavit totius rei possessionem, totam rem possi-  
dere, probandum est; si tantum pro parte, quoad hanc men-  
daciæ convincendus est. POST. *d. I. Concl. 30. L. 4.* Etsi vero  
BARTOLUS *ad b. L. n. n. 9.* CUCHUS *292.* scientiam rei, se  
possidere, quoque probandam esse velint: illud tamen non  
esse necessarium, ex dictis supra th. XVIII. satis appareat. Multo  
minus probare debet actor rem suam esse, vel jus suum,  
quod persequitur, ut diserte noster textus docet, & cum eo o-  
mnes, qui in istum sunt commentati.

XXXI. Ex illis autem, quæ diximus, Doctores conclu- *Cessat pa-*  
dunt, cessare poenam, si actor non convincat reum menda-  
cii, sed aliunde constet, reum possidisse sine onere actoris. *na, si actor*  
*non convi-*  
*SCHNEIDEW.* *ad §. I. J. de Act. n. 91.* BARGAL. *lib. 5. de do-*  
*lo c. 14. n. 11. & 77.* Displacet hoc HILLIGERO loco saepius  
citato. Fides enim, inquit, ubi sit reo in judicio, quid refert, quo-  
modo fiat, agre, an facile veritas eruatur; aut qui minus coer-  
*nit menda-*  
*cit reum.*

*cenda improbior certe mentiendi impudentia, quo convictu facilior.* Sed nescio, fateor, qvomodo aliunde, qvam ex probationibus actoris judici constare queat, ut ex mente HILIGERI poena locus esse posic. Nam si ad confessionem rei in actis respicias, si illa ante probationes facta, poena alias cessabit, ut supra dictum; si postea, nihil juvabit sera poenitentia mendacii convictum. Si notoriari forte dicas esse rei possessionem, adeoque secundum vulgatam regulam non probandam; probandum tamen hoc erit, esse notorium, ipsum possidere. PANORMIT. in c. 29. notab. 1. X. de Divort. GABR. lib. 3. Commun. opin. tit. de Fidei. Concl. 1. n. 54. Si ad judicis scientiam & conscientiam te referas, responsio parata est, judicem secundum acta & probata, non secundum suam conscientiam judicare debere. B. Dn. ZIEGL. Di-cast. Concl. 35. & si maxime casum supponas, qvo judex exactam, certam, & invincibilem scientiam habet, qvam acquisivit per *avrophiac*, aliaque invincibilia argumenta, atque illi de notorietae absque probatione ulla constat, ita ut nisi contra conscientiam agere velit, secundum illam judicare debeat: nec tunc tamen qvicquam obtinebis, dum sic onere nullo gravaretur actor, qvod causam simul poenæ esse, supra dictum est, th. IX.

*Quid juris  
per juria-  
randum  
complitus.*

XXXII. Ex iisdem facile constare potest, quid sentendum sit de his questionibus: num tunc poena hæc habeat locum, sic actor reo super possessione juramentum detulerit, hicque noluerit jurare, sed confessus postea fuerit, se possidere? vel si (2.) reus retulerit, vel derulerit super possessione actori jurandum, hicque juraverit, reum possidere. Ad utrumque scilicet negative esse respondendum. Qyoniam enim utroque casu actor relevatur onere probandi, consequens est, non posse esse locum nostræ poenæ, arg. L. 30. ff. de jurej. Glos-

## DE POENA INFICIENTIS POSSESSIONEM

4

*Glossa & BARTOL. ad L. b. n. BRUNNEM. ad tit. ff. de interrogat. n. 36. ROMAN. Consil. 59. & 7. BARGAL. d.l. num. 27. Aliud vero erit, si in supplementum juraverit actor; cum hocce casu onus probandi reapse subierit, nec reus vel per confessionem, vel per mendacii revocationem, vel per jura-menti delationem levaverit petitorem. CUCHUS n. 277.*

XXXIII. Qvando vero ita reus mendacij convictus est per  
actorem, poena decernenda est, ablationis scil. possessionis, &  
qvidem, ut dictum, th. XXI. vel totius rei, si illam negavit; vel  
partis, si negavit tantummodo hanc se possidere, modo res sit  
dividua. GABRIEL. d.l.n.20. GRAT. *Discept. Forensi.* c. 109. n.  
42. PORT. *Concl. 30. lim. 4.* qvam non evitabit, si maxime do-  
minium, & qvidem statim ac in continentia rei sua probare  
velit reus. *Glossa ad b. L. n. PORTIUS lib. 1. Concl. 30.* GABR.  
*l.5. Concl. 5. n. 17.* SCHNEIDEW. d.l.n.90. MENOCH. *remed.*  
*adip. poss. l. n. iii.* OLDENDORP. *Enchirid. Except. tit. de Ex-*  
*cept. domin. §. 1.* COSTAL. *ad L. fin. n. CUCHUS n. 226.* Qvod  
mirabiliter notandum, BARTOLUS monet, cum alioquin  
in remedii adipiscendæ possessionis exceptio dominii, si in  
continenti liqvida fieri possit, locum reperiat. MENOCH. d.l.  
Sed odium mendacij hoc loco aliud extorquet. Si enim hoc  
modo sibi consulere posset reus, frustra & impune gravasset  
actorem, eluderetque poenam, qvam meritus est. Idem di-  
cendum, si expensas omnes actori factas in probationem re-  
stituere velit, PORTIUS lib. 1. *Concl. 30.* GABRIEL. lib. 5. c. 5. m.  
16. vel intra annum paratus judicium suscipere, qvod spatium  
alias illis indulximus est, adversus qvos missio ex primo decre-  
to facta. L. 8. §. pen. C. de *prescript.* 30. annor. CUCHUS n. 224.  
Eccipit tunc ex CUCHUS n. 224. *Concl. 30. lim. 4.*

Excipit tamen CUCHUS n. 230. seqq. 250. 307. & 299. casus, ubi <sup>Quod si jam</sup>  
vel ex confessione ipsius actoris, vel ex actis judicii tum <sup>notorium juri</sup>  
<sup>rei?</sup>

notorium, reum esse dominium: quo casu, ait, privari eum non oportere possessione, quamvis per mendacium negaverit se possidere; quemadmodum nec prædo possessionem restituere teneretur, ubi notorium est, & aperte jam constat, eum esse Dominum; cap. 6. X. de caus. poss. & propr. cum enim verus dominus sit, ferendum esse, licet in possessione mentitus. Sane si ex confessione actoris indubia de dominio rei constet, facile assentior CUCHO, atque tunc illud locum habere existimo, quod in L. 31. §. 1. ff. *Depos.* habetur, justitiam ita esse tribuendam, ut non distrahabatur ab ullius personæ justiore petitione. Nec adeo petitor mendacium urgere potest rei, qui ipse jam fasilius est, rem esse alienam, sicque contra jus & fas illam se petuisse. Quod si etiam ex actis jam vere notorium sit, ut nec ulla probatione notorietas opus, idem dicendum opinor: alioquin si ullum dubium superfit, in regula subfisto.

*Sententia  
quæ sit, quod  
decernit pa-  
nam.*

bo XXXIV. Cæterum sententiam, quæ poenam decernit, privatoriam, non declaratoriam esse existimo: quia possessio non ipso jure transit in actorem, sed per judicem prævia causa cognitione super probationibus actoris transfertur. CUCHUS n. 296. In illa vero principalem item neutriquam definit, nec adeo, ut mox fuisus dicam, exceptionem rei judicata tribuit, quæ adversarium, si ipse postea vindicet, repellat. Quod si itaque principalem questionem simul terminare velit petitor, sententiamque, quæ dominus declaretur, fieri desideret, frustusque etiam, quos possessor accepit, simul recipere, si forte probationes juris expeditas habet, relicto remedio nostræ L. in lite procedat, oportet. HILLIG. d. I. Quo loco obiter notandum, et si in rem actio duo extrema habeat, a parte nempe actoris dominium, a parte vero rei possessionem: unius tamen probationem evitari posse. Nam si reus fatetur se pos-

fide-

fidere, nil nisi dominium probandum. Si negat, possessio tantum probanda est: qua probata, ex reo possesso fit petitio, & ex petitore possessor; quorum hic exemptus jam est ab onere probationis, quod in alterum devolutum. Si ante probationem desistat a negatione reus, nulla ulteriore probatio possessionis opus est, sed tantum dominii. HILL. d.l.

XXXV. Ab hac vero sententia appellare posse & actorem & reum, tradunt Doctores, GABRIEL. d.l.n.38. CUCH. n.417. & actorem quidem, si judex denegat possessionem transferre, velreum admittat in petitorio, CUCH. n. 418. reum vero, si decernat possessionem esse transferendam. Sed hoc, ita accipendum est, prout alias in possessoris judicii locus est appellationi; nempe quoad effectum devolutivum, non vero suspensivum executionis. L.un. C.si de moment. poss. ubi B. BRUNNEM. CARPZ. lib. 1. resp. 13. Atque ita translata possessione in actorem, reus in appellationis instantia demonstrare potest, eam transferri non debuisse in actorem, CUCH. d.l.n. 424. & B. BRUNNEM. ad L. ii. ff. de Interrog. n.53. Qva ratione illa, qvæ contra ANDR. BARBAT. Conf. 82. L. 2. concedentem appellationem, a CONTARDO dene-gante illam ad L. un. C.si de moment. poss. q.14. latissime adducuntur, facile conciliari possunt, cum BARBAT. & nostra sententia. Nec adeo opus etiam erit limitatione CONTARDI, si judex notorio graver, vel inferatur damnum irreparabile, vel alias adsit justa causa appellandi: nam, concessio effectu devolutivo, gravato satis est prospectum. Quod si tamen damnum irreparabile metuendum, existimarem etiam suspensivum effectum non denegandum esse appellationi. Conf. SCACC. de appell. q.17. lim. 6.n. 4. GRÆV. ad GAIL. C.I. C.7.n.8. Jus canonicum in judiciis possessoriis indulgere appellationem, etiam quoad effectum suspensivum, vulgo tradunt

F 2 Docto-

*Num liceat  
ab hac sen-  
tentia appel-  
lare?*

Doctores ex cap. 10. 15. X. de reslit. spol. cap. 59. X. de Appellat. CO-  
VARRUV. Pract. qvæst. c. 23. n. 8. Sed nihil credo hac parte  
aliud Jus Can. statuisse, quam Jus Civile. Qvoniam enim Lilla  
un. C. si de moment. poss. in Decretum relata Can. Ei, qui appella-  
lat. ult. cauf. 2. qvæst. 6. vers. de possessione etiam. atque ita, ut  
loqvuntur, canonisata, reliqui textus ex hoc nostro sunt expli-  
candi, ut recte, me judge, monet FACHIN. lib. 1. controv.  
c. 75. Qvo posito necin hac nostra specie secundum jus Can.  
aliud erit dicendum, ac supra fuit assertum. Etsi vero I Ct  
Germani, & inter illos Saxonici, qui ordinem judiciorum exe-  
qvuntur, asserunt, usum forensem in judiciis possessoriis ap-  
pellationem plane non admittere regulariter, nec quod effectum  
devolutivum, GAIL. Lib. 1. obs. 7. MYNSING. Cent. 6. obs.  
13. CARPZ. Lib. 1. resp. 13. & P. 1. C. 19. D. 24. aliquique, quos allegat  
MART. ad Ord. Jud. tit. 10. §. ult. n. 387. edit. noviss. omnes tamen  
loqvuntur de possessorio summarissimo, quod ad retinendæ  
remedia possessionis tantum pertinet: ita ut hæc praxis ad no-  
strum casum nequeat applicari. Cum itaque nulla alia lex  
suppetat, in juris Civ. dispositione, hac parte, erit subsistendum.  
Qva ex re facile poterit constare, quid de Leuteratione sit  
fentiendum: qvæ nisi diversitas appareat, pari passu ambulat  
cum appellatione. MARTIN. tit. 35. Ord. Jud. §. 1. n. 22.

*Executio Sen-  
tentiæ.*

XXXVI. Qvod sitaque sententia dicta, reusque jussus ce-  
dere possessione illud sponte non faciat, manu militari res  
illi auferenda, vel ejiciendus est possessione, resque tradenda  
actori, mittendusque hic in possessionem. 1. 68. ff. R. V. Qvod  
intra quale spatium fieri possit, ac debeat, alias notum est. Si  
autem desierit possidere, tunc nihil utique potest transferri in  
petitorum: atque tunc siquidem absque dolo & culpa rei id fa-  
ctum, petitio actoris inanis fieri, usque dum iterum posses-  
sionem natus reus, qvo facto executio sententia denuo peti pa-  
terit.

*Obid si reus  
deserit pos-  
sideret?*

terit. a. l. 9. pr. & §. 1. de except. rei jud. TREUTL. P. I. D. 15. tb. 7. ib.  
BACH. Qvando vero reus dolo, aut per culpam possidere desit,  
priori casu quantum adversarius in item juravit, sine ulla taxa-  
tione in infinitum damnandus erit; posteriori vero casu,  
quanti adversarii interfuit, rem praestitam non esse. Qvod in  
omnibus sive interdicta, sive actiones in rem, sive in personam  
sunt, ex quibus arbitratatu judicis quid restituitur, locum ha-  
bet. L. 6. & 68 juncta L. 71. ff. de R. V. ibique BRUNN. aliisque.

XXXVII. Dum vero ex sententia judicis possessio transfer-  
tur, translatio hæc sit salvo jure tertii cujuscunque, ad quem  
vel ipsa res, vel possessio pertinet, a. L. 6. ff. de re jud. GRAT.  
Disept. For. c. 119. n. 34. Hinc si ob mendacium depositarii,  
vel similis detentoris, ab eo translata possessio, hoc non ob-  
est illi, qui per hos homines possedit; nec diutius penes acto-  
rem possessio remanebit, quam apud illum manere potui-  
set, cui ablata. arg. L. f. C. si per vim vel alio modo. SALY-  
CET. ibi colum. 4. vers. quero quinto nec alii alter senti-  
unt, ALEX. in L. peregre §. qvibus ff. de acquir. possess.  
idemque prius dixerat SPECULATOR. in tit. de primo & se-  
cundo decreto §. restat. n. 19. CUCH. d. l. n. 136. 142. & 215.  
Porro ei, qui propter mendaciam poenam sentit, possessio  
non aufertur irrevocabiliter, sed salvo proprietatis jure,  
AFFLICT. Dec. 18. n. 2. atque adeo is, a quo translata est, rem  
vindicare potest ab adversario, versa vice ex reo actor fa-  
lus. BARGAL. de dolo lib. 5. c. 14. n. 22. SCHNEIDEW. d. l. n.  
95. Cum enim tantum circa possessionem deliquerit, iniquum  
foret ultra iacturam possessionis infligere poenam GOMEZ.  
§. malefic. n. 16. J. de Abd. Capell. Tholos. Dec. 167. SICHARD. ad  
d. artb. item possessor. n. 3. 4. Evident hic adversarium habe-  
mus A. FABRUM in Rationalibus ad b. l. nostram, qui BARTO-  
LUM ACCURSIUM QVE non satis bene rem perpendisse af-

*Translatio sit  
salvo jure  
tertii;*

*& revocabili-  
liter.*

*Refutatur A.  
Faber.*

*Exceptio.*

serit, parumque esse credit, si possessionis commodum tantum auferatur, adeoque hoc omnino dicendum esse, illum, qui se dominum contendebat, tanquam victorem fieri etiam possessorem rei petitam, tanquam sua propriam: quamvis non idcirco dominus fiat, quia neque mendacium, neque sententia legitimus modus dominium transferendi. Putat enim fructum mendacii non levem ferre possessorem, si ad evitandam litem & sententiam, quam alioqui judex in proprietate contra eum latus esset, possessionis duntaxat jacturam fecerit, retento sibi jure iterum agendi de proprietate. Et quae sunt alia, quae in medium adducit. Sed haec neminem, saltem paucissimos movebunt, ut a communi sententia recedant. Namque primo nec judex, nec I Ctus durius quid statuere debent, quam lex. L. u. ff. de Poen. lex vero nostra tantum de translatione possessionis loquitur, non proprietatis. Si hoc nec proprietatem consecutus est actor, ut ipse fatetur FABER. Si proprietatem non habet, nec dominus factus; sequitur mansisse reum dominium (modo fuerit) sive nihil impedire, quo minus jus suum perseQUI, atque rem a possessore vindicare queat. Neque enim hoc nec lex nostra, nec sententia judicis prohibet. Illud vero miror, tantum I Ctum, atque in rebus forensibus exercitatisimum, existimasse parum esse, ac leve quid habuisse amisionem possessionis, cum quanta ejus sint commoda, ignorare non potuerit, quantumve onus jus in re probare, cui amissa possessione subjicitur reus, quo carere potuisset, re possessa gaudens, absolvendus, et si nihil praestitisset, si petitor non probasit esse suam. Est itaque fructus valde inanis mendacii, si liti & periculo commodis carens possessionis exponatur. Unus tamen causus est, quem excipere solent Doctores, quo scil. translatio irrevocabiliter fieri debet, atque potest, quando scil. negans possessionem

sessionem ad se spectare, afferit illam spectare ad potentiores, cum in veritate ad ipsum spectet: quo casu & proprietas amittitur. Quæ quidem sententia ex L. 1. C. de his, qui potent. nom. satis probatur: atque ita sentiunt. BALDUS add. l. GABRIEL. lib. 5. Concl. 5. n. 20. PORT. lib. 1. Concl. 30.

BARGAL. L. 1. c. 14. II. 22. CUCH. II. 145. 146. Sed quid si repetitio & persecutio possessionis valde difficilis sit? numne & tunc reus illa cedere tenetur? Mover & expendit hanc quæstionem CUCHUS ad h. nostram L. n. 339. discussisque variis rationibus n. 359. inhumanum & quodammodo impium esse dicit, negante possessionem ob solum mendacium in hoc discrimen adduci, ut non solum possessionis, sed etiam rei ipsius jacturam pateretur: nisi idonea cautio de re restituenda præstetur, arg. L. 7. §. 2. ff. qui satisd. cog. Etsi vero illud hanc sententiam dubiam reddit, quod reus ipse mendacio suo periculum hocce sibi attraxerit; existimo tamen ego ad arbitrium judicis pertinere, estimare utrum cautione opus sit, nec ne?

XXXIX. Data vero facultate rem repetendi reo, fieri potest, ut hic differat ad petitorum redire, dum vel causæ suæ non fit, vel alias rationes instituti sui habet; cum è contrario interfit actoris, dominum se sententia declarari, reumque condemnari ad restitutionem fructuum, redditum & obventionum, quos percepit, eo tempore, quo possedit. Quæstio itaque oritur: num translata possessione liceat actori pristino progredi in petitorio, petereque probationibus peractis sententiam declaratoriam super jure suo, condemnationemque rei ad restitutionem fructuum &c? Qvod si hoc negamus, contingere posset, damno esse actori interdum translata ad se esse possessionem; cum fructus majoris pretii esse quærant, quam interfit ejus, factam nunc esse ante probatio-

*Quid si repetitio possessionis valde difficile sit?*

*Num auctor translatæ in reum posselli o-  
ne, in petito-  
rio pergere  
posset?*

nem

nem sui juris, translationem possessionis. Qvod certe legem velle non est credibile, præsertim cum non prohibeat, translatâ possessione actor qvo minus, si velit, in causa pergere queat. Nec enim qvod in favorem alicujus constitutum est, debet in ejus odium detorqueri. L. 25. ff. de LL. Unum tamen est, qvod hanc sententiam turbare videtur, de ejusmodi actionibus nos scil. hoc loco agere, qvæ non nisi aduersus possesorem institui, suscipique posseant. Qvod & ipsum supra th. III. & XXIII. jam dictum est. Qyomodo ergo aduersus non possidentem poterit agere petitor? Sed salva res est. Sufficit reum possedisse, jamqve de eo constare, atqve adeo aduersus ipsum in rem actionem fundatam semel fuisse. Licet itaqve nulla amplius probatione opus possessionis, licet etiam restitutio jam facta ejusdem: nihil tamen oberit, qvo minus jam & aduersus eundem, id qvod nobis deest, declaratio nempe nostri juris cum restitutione fructuum petatur. Conf. CUCHIUS d.l. n.58. seq. 60. 122, 123. Ut taceam, & alias casum dari, ubi aduersus non possidentem, vel non probata rei possessione, probato tamen jure actoris, sententia declaratoria pro actore ratione dominii ferrari potest, & pro reo absolvitoria ratione possessionis: qvæ pro actore executioni mandanda, si possessionem reus consecutus sit. L. 9. pr. & §. 1. ff. de Except. rei jud. ibiqde B. BRUNNEM. n. 6. Cæterum, qui unum illum casum, cuius meminit JUSTINIANUS §. 2. f. de Act. qvo possidens actoris partes obtinet, tam diu, tamqve anxie qvâslivere, cogitent, numne in hac nostra specie istum casum, vel saltē illius exemplum liceat invenire. Utrum vero ex causa translationis hujus res usucapi posse, late disputat CUCH. n. 301. seq. qvi conferri potest: mihi enim, dum præter spem chartæ sub manibus crevere, atqve ad finem properandum est, excutere hanc questionem in præsens non licet.

XXXIX.

XXXIX. Postquam nunc satis de hoc remedio L. nostra-  
egimus, nemo non videt, quantum utilitatis inde in acto-  
rem redundare possit, si eo caute, & recte eo sciat uti. Qvoniam *Num reme-  
diū pī-  
gīns detur  
actori, &  
magis expe-  
ditum?*  
tamen hoc remedium cum onere probationis coniunctum  
est, alia via consulere petitori student nostri Doctores. S vadent enim, ut simul atque reus absolute negaverit possessionem, pe-  
tit actor se mitti in possessionem rei, quæ non defenditur, tan-  
quam quæ vacet. *L. 20. §. 1. ff. de Interr. I. 15. ff. d. N. O. N. reservato*  
*jure cuiuslibet tertii: cui petitioni non posse reum contradicere,*  
*ajunt, cum sua non intersit, eo, quia dixit se non possidere.*  
Ita post ANGEL. JASON. aliosque, quos allegant & sequntur,  
sentiunt PACIAN. de Probat. lib. I. c. 19. n. ii. BARGAL. de dolo  
*Iib. 5. c. 14. n. 32. COSTA de fact. scient. & ignorant. Cent. I.*  
*Diss. 27. SURDUS Dec. 237. n. i. HILLIG. ad DONELL. I. c. Ex-*  
*cipit tamen FULGOS. adb. I. nostram, rem mobilem, in qua*  
*præticam hanc locum non invenire tradit. Sed vereor,*  
*ne hæc præctica, & cautela maximam partem sit inanis. Equi-*  
*dem si reus, negans possessionem, non defendat rem amplius,*  
*ipsumque plane relinquit, sicque res vacua sit possidente, nul-*  
*lum dubium, quin immisio possit obtineri. Qvod si autem*  
*ille, qui negavit antea possessionem, ab hac negatione desistat,*  
*insistatque in ipsa re, illamque defendat; tunc sane possessio va-*  
*cua dici nequit, nec res derelicta, nec indefensa, atque sic ratio,*  
*quam allegant, cessabit. Neque etiam contradicendi facultas*  
*reō admota est, cum neganti se possidere pœnitentiae locus*  
*fit, ceu supra dictum *Iib. XIX.* De cetero non tantum acto-*  
*ris, sed etiam ejus, quod publice interest, habendam esse ratio-*  
*num, atque adeo non errare illos, existimo, qui negantem*  
*possessionem, sicque obrepentem judici probationem decer-*  
*nenti illius, quod negatum est, pœnæ falsi subjacere conclu-*  
*dunt ex *L. 29. ff. ad L. Cornel. de fals.* quam L. non tantum de*

*Num pœna  
publica lo-  
cum ha-  
bit?*

obreptione probatoria, sed etiam de narratoria agere, verius est. BRUNNEM. ad d.L. 29. MENOCH. lib.2. A. f.2. casu 314. n.10. FARIN. quæst. 150. §. 6. Dissentit CUCHUS n.127. qui tamen ipse n. 132. arbitriam poenam reo irrogandam esse publicæ rei nomine opinatur. Qvas quidem poenas non adeo frequentari hodie, monet BRUNNEM. d.l. & verum est: sed &, male id fieri, certum. Conf. b. ult.

*Remedia  
adfinia*

I Ex artib.  
it. professor  
C. Quæ pot.  
in p's.

XL. Dantur vero qvædam adfinia remedia nostro præfenti, qvæ recensere hic opera pretium existimo. Namqve (I.) si quis pignus possidens hypothecaria actione convenit, rem negat, rem in bonis debitoris fuisse, perdit possessionem, juxta artib. Item poss eff. C. qvæ pat. in pign. Et Nov. 18. c.10. ex qvibus casum talen format SICHARDUS ad d. artib. Et BRUNNEM. ad L.11 ff. de Interrog. n.64. Ego Titio obligo annulum meum, & deinde eum obligo etiam Cajo. Paulo post Cajus videns annulum meum esse penes Titium, agit contra Titium hypothecaria actione, petens a judice sibi possessionem hujus annulli adjudicari: ibi Titius primus creditor, qui poterat excipere, sibi rem esse prius obligatam, per mendacium negat, annulum fuisse in bonis meis, cum obligarem Cajo. Propter hanc negationem Titii, cogitur Cajus subire onus probandi, tempore obligationis sibi factæ annulum a me fuisse possessionum. Jam vero Cajus probavit hoc, qvod Titius per mendacium negavit. Q. quid juris? R. qvia Titius mentiens negavit, annulum tempore obligationis Cajo factæ a me fuisse possessionum, ideo Titius, qui ante fuit possessor & reus, propter mendacium translatæ possessione in Cajum fiat actor, & in alio judicio, si habet jus, id deducat.

II. ex  
Jure Feu-  
datis.

XLI. Aliud remedium ad exemplum nostræ L. Jure Feudali cap. Vasallus si. II. F. 26. it. Et cap. Vasallus feudum, II. F. 34. in fin. receptum est, si vasallus feudum sciens inficiatus fuerit domino,

DE POENA INFICIENTIS POSSESSIONEM.

51

mino, rem negans esse feudalem, vel se eam in feudum tenere,  
vel dubitative fraudulenter responderit, convictus menda-  
cii, feudo privandus erit, & quidem sine spe recuperandi. Qya  
de re Feudistæ ad hos d. textus late agere solent: qvod & fa-  
cit ROSENTHAL. in *Synopsi Feud. c. 10. Concl. 32. n. 7.* SCHRA-  
DER. de *Feud. p. 9. c. 6. n. 19. Conf. B. BRUNN. ad L. 11. de Interrog.*  
*n. 50.* qvod & *Glossa Juris Sax.* repetit *lib. 1. Land R. Leh R. a. 14.*  
Extendunt vero hoc nonnulli ad emphytevram. ANGEL. ad  
*L. f. n. MARSIL. sing. 242. HILLIG. ad DONELL. lib. 20. c. 3.*  
*Lit. R.* Sed licet alioquin a Vasallo ad emphytevram argu-  
mentum peti soleat, non tamen existimo, id in hac re odiosa  
fieri posse, cum praesertim fidelitatis vinculum emphytevram  
nullum stringat, quale Vasallum. Ita sentit BALDUS in *cap.*  
*1. II. F. 36.* JOHANN. ORDELAPH. ad *L. n. f. n. 876.* DN. SE-  
BAST. SCHUBART. *Diss. Inaugur. de Infic. Paenit.* Alias poe-  
nas inficientium recensere nostræ non adeo similes, hujus loci  
non est. Vid. dicta supra th. VI!. Conf. CUJ. ad *N. 18. inf.*

XLII. Illud unicum supereft, ut de ufu hujus n. L. hodier-  
no dispiciamus, cuius si nullus esset, inanis fere foret opera o-  
mnis, quam suscepimus. Non desunt vero, qui L. h. nostram de-  
suetudine ubique, vel saltem quibusdam in locis obliteratam  
esse aperte affirunt: inter quos Belgæ primum noimandi ve-  
niunt, & ex illis GROENWEGEN de *LL. abrogatis in Hollan-*  
*dia, vicinisque regionibus,* qui ad h. L. nostram poenam mentien-  
tis in desuetudinem abiisse, tradit. Eumque sequitur CYPRI-  
AN. REGN. in *Cens. Belg. ad L. f. n. 5 ad artb. item possessor C. qui*  
*pot. in pign.* Qvo ultimo loco intentionem Romjuris bonam  
dicit, ideoq; mendacium poena pecuniaria puniri debere fisco  
applicanda. His jungendus est LIBERT. FRANCISC. CHRI-  
STYN. in *Not. ad BUGNYON. lib. 1. S. 114.* qui suorum, &  
Gallorum moribus exolevisse hanc poenam tradit. Qvam

G 2

can-

candem sententiam fovet P. CHRISTIN. *Dec. Belg. Vol. 2. tit. 35. Dec. 178. n. 13.*

*Gallia.*

XLIII. Gallia moribus poenam istam sublatam esse, assertit PHILIBERTUS BUGNYON. *de LL. abrogatis. lib. I. S. 114. L. ii. S. 150.* qvod & facit AUTUMNUS *ad L. 68. ff. de R. V. & avth. item possessor. C. qui pot. in pign. nec non Censura Gallica ad L. ult. ff. de R. V. cum quibus sentire videtur IMBERT. in Encirrid. verbo: poene pecuniaire.* Qui in genere omnes ejusmodi poenas juris Civ. & praesertim inficiantium in Gallia cessare assertit. Sed aliud tamen ex MORNACIO discimus ad *L. b. nostram:* cui si credimus, juxta textum hunc Senatus Gallicus saepe judicavit, in quo ad causas plurimas recitatus semper est a Domino Serv. Patrone Fifci doctissimo, ubiunque de mendacii poena quæstio incidit. Vocat etiam in partes Turennesum consuetudines, quarum articulo 173. hæc continentur: *L' aqværeur adjourne en retraict, qui nie parement avoir acquis, & il en succombe, il perd la chose, & les deniers au profit du Lignagier: & l' amandera de soixante sols, & ne pourra eviter la peine encors qu' il veuille ceder au proces apres contestation en cause.* Qvodsi etiam evolvamus Guidonis Papæ Consilium 3. & Capell. Tholos. *Dec. 167.* intelligimus, Curias, Delphinaliem & Tholosanam usum *L. nostra* neutriq; improbasse.

*Italia.*

XLIV. Italianam non respuere *L. nostram*, illiusque præx in indicio est, qvod Doctores Itali ex parte citati tam multa tanta opera in h.l. commentati sunt; qvodve STEPHAN. GRATIANUS *JCTus Romanus in Forens. Discept. secundum Rotam. Rom. definitis c. 100,* circa illam occupatus sit, illaque, quæ commentarij est in praxi saepius ocurrentia dicat n. 59. Istam etiam *L.* in nobili causa inter Genuensem rempubl. & Marchionem Finarii agitata in partes vocatam esse, ex *Consil. MENOCH. n. 378.*

cogn-

cognosci potest, qui qvidem usum illius non negat, sed tantum afferit, factum non admittere, ut aduersus Genuenses adduci applicarique possit. Quale quid etiam in alia causa facit.  
 ROL. a VALLE *Jctus Montisfer. V. IV. Conf. 88.* Qvin & MATTHÆUS de AFFLICTIS testatur Dec. 18. in Neapolitano Conilio juxta hanc L. qvoad pœnam mendacii esse pronunciatum. Porro ex decisionibus OCTAVI CACH. diligimus, Senatum Pedemontanum usum pœnarum negantium non vocasse in dubium. *Vid. Dec. 29. n. 3. & 96. n. 5. Conf. SURD. D. 237. & S. §. XVIII.*

XLV. Qvicquid vero demum sit de exterorum praxi, de qua cujuslibet gentis Jctos sollicitos esse oportet: nostrum erit jam dispicere, quid Germaniae usus hac parte ferat. Ubi qvidem dolendum, qyam plurimos in ea heresi esse, ac si pœnae mentientium, & inter illas hæcce nostra nullum hodie inveniat locum, qua de re queritur religiosissimus Jctus B. BRUNNEMANNUS *ad b. l. n. 7.* & ejus gener, ILLUSTRIS STRYKLIUS in *U. M. tit. de R. V. §. 6.* Negandum etiam non est, non adeo frequenter, legis nostræ dispositionem in usum deduci: imo, si verum fateri licet, nec apud Jctum Germanicum exemplum translationis possessionis ob mendacium me reperiisse, nec etiam meminisse aut audivisse, tale quid factum esse. Sed ideo tamen neutiquam existimandum est, id nec unquam fieri posse. Postquam enim Germania nostra recepit jus Justinianeum, hanc L. n. etiam simul admisit: nec de jure qvodam doméstico constat, ob qvod dispositio illius *L. ult. ff. de R. V.* apud majores nostros haut potuerit recipi, vel quo recepta iterum fuerit abrogata. *Ill. STRYK. Prefat. II. M. §. 34. 35. Dn. SHILT. Ex. 1. §. 2.* Satis etiam notum est, & ab aliis evictum, solum non-usum non statim id secum ferre, ut jus antiquatum dici queat. Etsi itaque vel Advocati ob imperitiam, vel aliam ob causam non petierunt hanc translationem; et si etiam hic vel

ille judex forte, si petita fuit, non detulit precibus: non tamen ideo statim dicendum erit, nec alius sic licere petere, vel juri antiquo plane esse derogatum. Forte etiam hic vel illic actor ex L. n. commodum sensit, licet id nobis sit ignotum. Sane Germanici Doctores, quos subinde haec Dissertatio in partes vocavit, & cum illis MYNS. T. de A&I. §. 1.n. 37. quam plurima tradunt, quae ad hoc argumentum pertinent, nec impugnant ejus usum, si maxime taceant de eodem. Plane illud mihi non incognitum, aliquoties & in Saxonia, & Witteberga etiam actores ad beneficium L. nostræ convolasse; spe tamen sua excidisse, non quod creditum fuerit, nunquam receptum, aut obsoleuisse illud, sed quia qualitas facti non admisit applicationem. Cui rei fidem facit Responsum Fac. Jur. Witteberg. quod Mense Jan. 1700. quarens accepit, in haec verba: *Hat vor dem Oberhoffgerichte zu Leipzig, der Herr General N. N. eine Klage wider Herr N. N. ange stellt, und dieses Anwalt bey der Litis Contestation den Besitz des in Anspruch genommenen Lehnstücken negiret/ ungeachtet, daß dessen Principal selbige in Posse habe/ dargehan werden kan / daß her gedachter Hr. General in den Gedanken stehet, daß der Besitz der Posse solcher Lehnstücke sich verlustig gemacht / und dagegen ihm selbige einzuräumen sey/ nach mehrern Inhalt eures uns zugeschickten Berichts/ und derer Beylagen. Wenn nun gleich an Seiten des Herrn G. von N. N. angeführt wird/ daß in denen allgemeinen beschriebenen Kaiserlichen Rechten klar versehen,*

*quod reus, qui in rei vindicatione negat se possidere, si mendacii convincatur, possessionem amittat, & in actorem transferatur, L. f. ff. de R. V. Nov. 18. c. 10. jung. L. 6. §. ult. de Carb. eod. L. 2. §. ult. de Collat. L. 1. C. uti possid. L. 5. §. 1. ff. ut legat. nom. JUSTUS MEIER in Disp. Apologet. Dec. 7. c. 8. tb. 8. PAUL EU- SIUS ad d. L. fin.*

Solche Verordnung der Rechte auch in diesen Landen nicht aufgehoben/ sondern annoch in unverrückter Observanz gehalten / und darauff in denen Rechts-Collegiis gesprochen würde/ zumaln was in angeregten allgemeinen Rechten geordnet/ so lange anzunehmen und

und gelsten müsse/ biß eine Auflhebung und Veränderung desselben dargethan/

qui enim in nostro Imperio lege nititur sustinanea, licet e-  
iusdem obseruantiam non probet; tamen causam tamdiu  
habet fundatam, donec adversarius ius posterius monstret  
contrarium. LAUTERB. *Concl. Theor. Pract. Exercit. i. th. i.*

Hiernechst des Groenvvegens, ingleichen Cypriani Regneri ab Oo-  
sterga Observation add. L. ult. de poena inficiacionis hodie ces-  
sante de universali delvetudine nicht angenommen werden können.  
cum sententiam istam tot Consulentium & Decidentium  
scripta confutarent, BRUNNEM. ad d. L. ult. n. 7.

Dennoch aber und dieweis/wehn der angezogene Textus L. ult. ges-  
nau erwogen wird/ selbiger seine genitissi requisita hat/ und insonder-  
heit erfordert/

ut reus in negando persistat, & ab adversario mendacii con-  
vincatur: quare re integra inficiacionis revocatio fieri pot-  
est: quia actori antea non tam obfuit, nec eum probationi  
adstrinxit HILL. ad DON. lib. 20. c. 3. lit. B. BRUNN. ad d. L. ult. n. 4.

Dergestalt nicht die bloss wider besteres Wissen beschobene Ver-  
leugnung der habenden Posses, sondern die Perseveranz und Er-  
wartung des gegentheiligen Beweisses und Convincirung mit Ver-  
lehrung der Posses in d. L. ult. bestraft wird/

Verba enim cum effectu sunt accipienda,

Hingegen diese präsupposita auf gegenwärtigen Fall sich nicht ap-  
plizieren lassen/ indem besage des Verfahrens über die Leuterung  
sub C. Beckl. die Posses einiger libellirten Lehnstücke/ so er empfan-  
gen und besizet/ eingeräumet/ auch zu Abtreitung derselben aufz ge-  
wisse maße sich erboten/ also/ daß er bei Leugnūg der Posses beständig  
verharret/ nicht behauptet werden mag/ und folglich die application  
des mehr erwähnten L. fin. ungeachtet/ selbiger sonst in praxi und  
Rechtsprechung annoch observiret wird/ nicht statt findet/ zugeschwei-  
gen in odiosis vornehm. auff restriction derer Legum zu inclini-  
ren/ So erscheinet dannenhero allenthalben so viel/ daß Beckl. der von  
N. wegen des beschobenen negirens der Posses der libellirten Lehn-  
stücke für verlustig nicht zu achten/ weniger selbige deme von N. so  
fort vor Endigung des Haupt-Processes einzuräumen sey. D. N. W.

Ne-

Negre enim qvenquam turbare debet, qvod apud qvoscdam Doctores legitur, in Saxonia usum interrogationum nullum esse: ex qvo fortasse inferet, & L. cessare ibidem nostram. Nam licet non adeo frequens sit; licet etiam positiones, qvaq; qvidem cum interrogationibus comparantur, ab illis tamen etiam differunt, DN.SCHILT. Ex.21.§.2. per duo secula jam a Saxonia exulaverint, qvod qvidem ægre qvondam tulit celebris hujus Academia Antecessor HENN. GOEDENIUS in Proc. jud. rubr. 14.n.10. inde tamen non illud conficitur, qvaf; non licet partem in judicio interrogare. Sane nullam legem novi, qva prohibeat, qvo minus interrogationi æque ac jure communi, qvod deficiente jure proprio, & Saxones seqvuntur, fieri qveat, nec consuetudo talis haec tenus probata est. Tum & factas novimus esse interrogations nemine contradicente. Quid? qvod, si haec fieri maxime non possent, licet tamen per L.C. extorquere rei responsionem, & sic vel tunc, si negativa fuerit, occasionem præbere posset Saxonibus, qva lex nostra in usum apud illos deduci qveat.

*Cur successu plerumque earet hoc remedium.* XLVI. Illud vero negandum non est, ideo non posse cum effectu in usum deduci plerumque L. nostram, qvoniام, dum adversarius intelligit, velle nos remedio hocce uti, revocat statim inficiationem, fateturque, se possidere. Qva de re supra actum est th. XXVIII. Atque hoc fortasse est, qvod deterret Advocatos ab hac petitione, cum nec cautela, qvam h. cit. suggesti, semper etiam in praxin deduci qveat. Qvamobrem bene cum publica re agi opinor, si lex conderetur, qva ad imeretur facultas poenitendi; atque ne ignorantiam imperiti juris allegare possent, Lex ista statis diebus cum aliis & suggesti populo prælegereret, ut dedicerent mentiendo sanctitatem inquinare judiciorum. Qvodsi vero hac poena, si per poenitiam negreat evitari, nimis dura videatur; subsistendum esset in jure pristino, ut tamen nihilominus insigni multa, aut alia poena arbitria afficerentur inficiantes, ipsorumque Advocati & Procuratores, vel ad negandum qui partes instigant, vel ipsorum nomine mendacium committunt. Illud vero probare non possum, qvod nonnulli fudent, possessionem inficiant esse ad fiscum transferendam: hocce enim modo conditio auctoris fieret deterior, dum potentior possessor illi obtruderetur. Conf. BRUNNEM. ad h.L.n. Sed videant de his alii, cogitentque, qvomodo praxis nostræ L. in foro felici cura successu suscipi, vel alias mentientium malitiis obexponi qveat. Ego hic finio.

S. D. G.


**ULB Halle**  
001 507 494

3



TA 30 L

VDA 8



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



B. C. D.

DISSE<sup>17</sup>RTATIO JURIDICA,  
DE

POENA INFICIANTIS POSSES-  
SIONEM,  
ad L. f. D. de Rei Vindic.

Ex Decreto incluti Ordinis JCtorum  
in illustri Academia Wittebergensi,

Qvam  
PRAESIDE

D. CASPARE HEINR. HORNIO,  
JCto, Antecessore Cur. Provinc. Scabin. &  
Facult. Jurid. nec non Jud. Provinc. in Lusat.

Infer. Assessorie,

In Auditorio JCtorum

Ad D. AUGUSTI, A. MDCCCI.  
publice tuebitur

HENRICUS SCHLICHTING,  
HAMBURGENSIS.

Jur. Utr. Stud.

PRELO CHRISTIANI KREUSIGII, ACAD. TYPOGR.